



gamnis Anni









GRAMMATICA ITALICO-GALLICA, IN GERMANORVM, GALLORVM ET ITALORUM gratiam Latinè accuratissimè conscripta,

A Scipione Lentulo Neapolitano.

Huic nuper adiecta interpretatio Gallica, tam nominum quàm verborum, cæterarúmque particularum orationis.

Auctore Antonio Francisco Madio F. Patauino.



GENEVAE,
Sumptibus IOANNIS DE TOVRNES.

M. DC. XXVII.

Erem Camaldul ppe Varsaviā



REV

ALE

Po

AN



viuen

quend

cipuai

Nam

tentia

compe

vniue

modo

videt

Legi

uenit

terna



REVERENDO DOM. ALEXANDRO BROIOLO, POLPONATII PRÆPOSITO dignissimo, amico incomparabili.

ANTONIVS FRANCISCI MADII, I. S.



QVANQVAM *permultæ sunt in homine dotes, quibus æternus rerum Archetypus præclarum hoc animal, ab omnibus viuentibus discreuit, inter omnes tamen, loquendi atque sermocinandi facultatem præcipuam esse semper ego arbitratus sum. Nam numerandi quidem atque ridendi potentia, licet vni tantum humanæ speciei competere videatur, quoniam tamen neque vniuersæ speciei æqualiter inest, & quodammodo cum brutis etiam homini communis videtur, non tam exactè naturam respicit. Legimus in Aristotele, Scythas quosdam inueniri memoria tam crassa, vt vltra quaternarium numerare non posint, inuenimus*

similiter in antiquis commentariis extitisse quosdam qui nunquam riserunt. At non facile hominem reperias, qui vel non sit loquutus, vel ad minimum loquendi facultatem non habuerit sibi à natura insitam. Neque vlla vnquam fuit gens tam inhumana atq; barbara, quæ linguam aliquã sibi propriam non accommodauerit. Deinde licet perfectã numerandi atq; ridendi potentiã bruta non habeant, expressam tamen illorum similitudinem aut habere aut edere videntur interdum. Videmus animalia fere cuncta, præsertim domestica, suas stationes quotidie repetere, equos stabula, apes aluearia, columbas atq; alias volucres suos nidos, quod quidẽ nõ fit sine numeratione quadam: nam si à sola natura proficisceretur, omnibus animalibus æquè competeret. Cæterum quis nõ videt ridendi quoq; similitudinem quandam eis inesse, dum lætantur, dum mutuo blandiuntur, loquendi vero potestas omnino ipsis negata est. Cum enim loquutio nihil sit aliud, quàm eorũ quæ sunt in animo expreßio, merito loquendi potestatem ab ijs remouemus, quæ animum & rationem non habent. Quare si aues humanã aliquando vocem exprimere videãtur, loqui nihilominus eas nemo dixerit,

rit, cum ratione careant: neque canes arte agere, licet ad numeros sæpe saltent, & miros gestus edant. Cum itaque loquendi facultas omnium maxime homini propria sit, summo etiam studio atque industria ab eo excolenda est: nam quanto vnusquisque facultatem hanc homini propriam perfectiorem habuerit, tanto perfectior etiam videri poterit. Merito celebrat antiquitas Mithridatem Ponti regem, qui cum viginti duabus præesset nationibus, totidem etiam linguis sine interprete iura dabat. Themistocles vero legatus ad regem Persarum missus, tam exactè hostium linguas in legatione edidicit, vt nil aliud egisse putaretur in itinere: etsi autem eæ linguæ maius à nobis studium exposcant, quæ in primis vtiles reipublicæ habentur, tamen multarum linguarum inter se diuersarum adeptio atque cognitio longè diuinior censeri debet: si enim ex paucis rebus perspectis & cognitis multa sequuntur commoda, longe plura ex plurimis. Adeo vt fatendum sit variarum linguarum cognitionem, esse maiorem quandam hominis perfectionem. Quo fit, vt semper ego probauerim eorum consilium, qui in hac re operam posuerunt, vt hominum inge-

nia multarum linguarum cognitione locupletare possent. Nihil est enim quod magis ad societatem humanam conferat, quam si homines hominum animos & docere inuicem, & intelligere queant. Hinc fit vt ex mutuo linguarum & animarum commercio, societas etiam gentium consequatur, atque simul etiam religio propagetur. Circumspice quæso paulisper, quot nationes inter se sola lingua Latina associat, quam diuersas & linguas & animos hæc vnica conciliat, huius ope sine vllo interprete Itali, Hispani, Galli, Sarmatæ, Pannonij, Germani, colloquuntur atque iungunt amicitias. Cum autem me quoque non in diem tantum, neque mihi soli, sed in aliorum etiam vtilitatem natum esse intelligerem, dedi semper operam, vt hac in re iuuentutem discere cupientem aliquantulum adiuuarem. nam cum alij in philosophia, alij in iure ciuili, alij in Theologia studium adhibeant, & diuersi diuersimodè humano generi prosint: abundè mihi satisfactum fore putaui, si ego hac in parte vtilis esse possem. Itaque mihi in mentem venit, vt Grammatices institutionem Scipionis Lentuli Neapolitani, in qua hucusque iuuentus non

sine

sine magna vtilitate se exercuit, vna lingua atque idiomate auctiorem redderem. Visa est autem mihi lingua Gallica omnium dignißima, quæ Italicæ adijceretur: nam & iucundißima & simul vtilißima semper visa est. Adde quod crebris etiam à me petitionibus nobilißima Gallorum iuuentus hoc expetebat, parui itaque perlibenter, atque hanc operam subiui, vt quoad plenior mihi se offerret occasio iuuentutis promouendæ, hoc opusculum officij mei rationem redderet, cujus fateor me rhapsodum potius esse quàm auctorem. cùm enim vt scis, me linguæ Gallicæ interpretem non profitear, in hac ipsa pertractatione mihi aliena ope nitendum fuit. quare quicquid ex nobilibus Gallis quibuscum consuetudinem habui, significationum & etymologiarum colligere potui, in quandam institutionis formam, vt vides, redegi: cujus quidem rei laborem solummodo iure mihi vendicare poßum. Cùm autem Patronus aliquis quærendus esset huic libello, ne forte ob exiguitatem contemni poßet: Tu mihi ex multis Alexander mi carißime, potißimum occurristi, tum quia mea in te vetus obseruantia atque amor, iam pridem à me aliquod meæ in te beneuo-

lentiæ signum atque testimonium efflagitabat, tum verò vt obscuritas hujus opusculi tua auctoritate illustraretur. Suscipe igitur Præposite Reuerende exiguas quidem meorum laborum primitias, vt perspicuum meæ in te obseruantiæ argumentum, & vt soles, boni consulito. Vale Patauij, Die 21. Ianuarij, Anni M. D. LXXXIX.

DE LITERIS.

LITERÆ, quibus vtuntur Itali, sunt viginti: A,B,C,D,E,F,G,H,I,L,M,N, O,P,Q, R,S,T,V,Z.

Hæ in quinque vocaleis distinguuntur: nempe A,E,I,O,V: & in consonanteis: vt sunt reliquæ omnes.

H, tamen non est litera: sed aspirationis nota vel signum.

V, verò interdum consonans est: vt in istis dictionibus: *Vénere* Venus, *Verità* veritas, *Virtù* virtus, *Vita* vita.

Id quod de litera I, erit quoque intelligendum. Nam etsi in vocibus, quæ à Latinis veniunt, incipientibus à IV, vel IA, vel IO, vel IE, ei præponatur litera G, vt in istis vocibus videre est, *Giouáni* Ioannes *Giústo* iustus, *Gięsu* Iesus, *Giásone,*

Giásone Iason: nihilominus, cum in pronunciando posterioris vocalis tantùm audiatur sonus, prior idcirco cōsonans ratione censebitur.

DE VSV LITERARVM.

PRincipio componunt syllabas, ex quibus fiunt voces: sed id aliæ aliter faciunt.

Nam vocales possunt omnes poni, tum principio, tum in medio, tum in fine dictionis: quod apparet in ista voce, *amóre* amor.

At consonantes ponuntur vel in principio, vel in medio: in fine autem perrarò; vt infra ostendetur.

Deinde nonnullæ consonantes ponuntur in syllaba ante alias consonantes: aut B, ante R, in *Breue* breuis, *Ténebre* tenebrę *Libro* liber: & ante L, in *Oblio*, obliuio, *Obliquo* obliquus, *Obligo* obligatio.

C, ante R, in *Crudéle* crudelis, *Crédo* Credo: & ante L, in *Clamóre* clamor, *Inclito* inclytus, *Inclináto* inclinatus, quod & *Inchinato* sicut *Concludo*, & *Conchiudo* quamuis *conclusióne*, & non *conchiusione* rectè dicatur.

D, ante R, in *Drítto* rectus, *Pádre* pater, *Mádre* mater, *Ládre* latro.

F, ante R, in *Frútto* fructus, *Fratello* frater, *Fráude* fraus.

G, ante N, in *Benigno* benignus, *Ordigno* instrumentum, *Ingégno* ingenium, *Lamágna* Alemania, *Compágno* socius: & ante R, in *Gratia* gratia, *Gráto* gratus, *Gráue* grauis, & ante L, in

Gloria gloria, *Consiglio* consilium.

P, ante R, in *Pregio* pretium, *Sémpre* semper, *Prudente* prudens, *Lépre* lepus, & ante L, in *Contémplo* contemplor, *Moltiplico* multiplico.

S, ante B, in *Sbassámento*, deiectio, *Sbandito* exul: & ante C, in *Scacciáto* eiectus, *Násco* nascor, *pásco* pasco: & ante D, in *Sdégno* ira, *Sdruccíto* dissutus: & ante F, in *Sfacendato* cessator, *Sfodráto* districtus, vt ensis: & ante G, in *Sgoménto* paueo, *Sgánno* experior me à nemine fuisse deceptum, vel curo, vt aliquis se deceptum non esse cognoscat: & ante L, in *Slegále* perfidus, *Slegáto* solutus: & ante M, *Smembráto* discerptus, *Smórto* pallidus: & ante N, in *Snéruo* eneruo, *Snéllo* agilis, *Snódo* enodo: & ante P, in *Spirito* spiritus, *Speranza* spes: & ante Q, in *Squálido* squalidus, *Squáme* squamæ: & ante R, in *Sregoláto* dissolutus: & ante T, in *Stúdio* studium.

T, ante R, in *Tremo* tremo, *Trónco* truncus, *Tranquillità* tranquillitas.

Litera autem Z, neque præcedit, neque sequitur aliam consonantem in eadem syllaba.

Cæterum, quod ad literas attinet, illud quoque mihi modum nosse, operæpretium est: qua sanè ratione duplicentur literæ consonantes in dictione, id quod ordine literarum, quo facilius memoriæ commendari possit, quàm breuissimè persequar.

B, itaque geminatur in istis vocibus, *Dúbbio* dubium, *Débbo* debeo, quod & *Déggio* dicitur, *Sábbia* sabulum, *Scábbia* scabies, *Abbéte* abies, *Hab-*

Habbia habeat, quod & *Haggia*, *Róbba*, vestis vel fortunæ, sed dicitur *Rubáre* furari. At *Lábbro* labium, *Fábro* faber, *Líbbro* liber, *Ebbro* ebrius: possunt vel ita, vel simplici B, vt lubebit, scribi.

Geminatur item in tertiis personis præteriti imperfecti subiunctiui modi tā singularis quàm pluralis numeri, vt *Amerébbe & Amerébbono*, *Valerébbe*, *& Valerébbono*, *Leggerébbe & Leggerébbono*, *Vdirébbe*, & *Vdirébbono*, hoc est, Amaret & amarent, valeret & valerent, legeret & legerent, audiret & audirent.

Rursus geminatur in ista voce, *Obbiétto*, quæ & *Oggetto* dicitur, hoc est obiectum.

Item in nonnullis verbis quæ componuntur ex AD, præpositione, mutata litera D, in B: ex quaincipiunt simplicia, vt *Abbaráglio*, hoc est, offusco, *Abbraccio* amplector: excluduntur *Abóndo*, id est abundo, & *abándono*, derelinquo.

C, autem geminatur in iis dictionibus, quæ deducuntur à Latinis habentibus literam X, in prima syllaba, atque ex excellens fit *Eccellénte*, ex excepto *Eccétto*, & exceptio *Eccettione*.

Inque istis vocibus, *Occhio* oculus, *Ginócchio* genu, quæ habent in plurali, *Occhi* oculi, *Ginócchi* genua, ita *Finócchio* fœniculus, & *Finócchi* fœniculi. Verum illud hic obiter annotabo, syllabam, *CHI*, dulcius in his dictionibus esse pronunciandam, quam in *Stócchi* enses, *Fiócchi* flocci, qui in singulari alioqui habent *Stócco* ensis, *Flócco* floccus. Sed hanc rationem pronuntiandi scripto quis docere non potest.

Geminatur insuper hæc litera, in dictionibus *Sacco* saccus, *Giáccio* iaceo, *Ghiáccio* glacies.

Pariter in verbis compositis ex præpositione AD, mutata D, litera in C, velut nuper diximus de litera *B*, vt *Accoglio* excipio, *Accénno* innuo, *Accópio* copulo.

Demum in verbis incipientibus à RA, vt *Rácconciare*, reficere, *Raccommandáre*, commendare.

D, proinde est duplex in *Cádde*, quod est præteritum perfectum indicativi modi, ac tertiæ personæ singularis numeri verbi *Cádo* vel *Cággio*, hoc est cado: & in *Cáddero*, quod est numeri pluralis, hoc est ceciderunt.

Geminatur item in verbis compositis ex prępositione AD, vt sunt, *Adduco*, *Addórmo*, *Addolcisco*.

Ita & in verbo *Raddolcire*.

Sunt qui eam geminent quoque in verbo *Traduco*, sed quibusdam non probatur.

Porro F, ponitur duplex in istis vocibus, *Offesa*, *Vfficio*, *Leffe*, *Affánno*, & huiusmodi quam plurimis.

Item in verbis compositis ex præpositione AD, vt *Affermo*, *Affretto* accelero.

Idem intelligatur de verbis compositis ex præpositione DI, vt *Differisco*, *Diffido*, *Diffinisco*.

Ita & de nonnullis verbis ducentibus originem à Latinis verbis, quę habent prima syllaba præpositionem OB, mutata B, in F, hoc modo, *Offero*, *Offendo*, *Offusco*.

Præterea G, duplicari solet, quoties I, & O, vel

vel I,& A, in diphthongum coaleſcunt, ita vt vnam efficiant ſyllabam: quemadmodum videre eſt in iſtis vocibus, *Ságio*, *Sággie*, ſapiens, quæ habent in plurali *Sággi*, *&* *Ságge*.

Hic notandum perperam à nonnullis collocari inter G, & E huius poſtremæ vocis, nempe *Ságge*, & ſimilium, literam I, vt dicant *Sággie*, *Piággie*, *Gréggie*: cùm dicendum ſit *Ságge* ſapientes, *Piágge*, oræ, *Grégge*, grex.

At contra, quando I, & O, duas efficiunt ſyllabas, G, præcedens erit ſimplex, vt *Priuilégio*, *Régio*, *Litígio*, *Veſtígio*, Dicimus *Dionígio*, Dionyſius, *Ambrogio*, & *Ambróſio*.

Neque ſcribitur duplex G, in illis vocibus, quæ dupliciter in I, terminantur, vt ſunt *Paríſi*, & *Parigi* Pariſij, *Túniſi*, & *Túnigi*, *Lúiſi*, & *Lúigi*, *Malagíſi*, *Malagígi*. Verùm reperitur duplex in illis, quæ ex Latinis veniunt deſinentibus in literam X, vt Grex, ex quo *Grégge*, vel *Gréggia*, poëticum, ex Lex, *Légge*.

Sed ex Fex fit *Féccia*, quòd Latinum in Genitiuo ſingulari habent, Fecis. Ex Rex autem fit *Ré*, tam pro ſingulari, quã pro plurali, etſi Poëtæ in plurali dicant quandoque *Régi*.

Duplicatur etiam in quibuſdam verbis deſinentibus in GO, vt *Léggo*, *Corrégo*, *Véggo*, quod & *Véggio*.

Tandem conduplicatur in verbis compoſitis ex prępoſitione AD, cuiuſmodi ſunt, *Agghiáccio*, *Aggiúngo*, *Agguáglio*, *&* *Aggiornárſi*.

Sequitur L, quod duplex reperitur in iſtis dictionibus, *Bédo*, *Caſtédo*, *Fratéllo*, *Fállo*, *Cauállo*,

Metállo, & huiuſmodi ſexcentis. Reperitur deinceps geminata in tertiis perſonis ſingularis numeri præteriti indicatiui eorum verborũ, quæ primæ & quartę ſunt coniugationis, quando in fine adiunguntur articuli, vt *Amóllo*, *Vdíllo*.

Geminatur etiam in verbis compoſitis ex præpoſitione AD, vt *Allárgo*, *Alléuio*, *Allóggio*, *Allétto*, *Alléntò*. Idipſum fit tandem in verbis, quibus præponitur RA, vt eſt, *Rállento*, *Rallégro*, *Rallumo*. Cæterùm minimè prętermiſerim in proſa ſcribi ſolere à pleriſque *Déllo*, *Allo*, *Dâllo*, *Délli*, *Alli*, *Dâlli*, *Délla*, *Alla*, *Dálla*, Delle, *Alle*, & *Dalle*, pro *Delo*, *A lo*, *Dalo*, *Deli*, &c. quomodo ſcribunt Poëtæ. Sed *Allúi*, *Dallúi*: & huiuſmodi non vterer; etſi nonnulli probent.

Quantum verò attinet ad literam M, ea geminatur in iſtis vocibus *Dámma*, *Epigrámma*, *Fiámma*, *Giémma*, *Gieruſalémme*, *Boémme*.

Item duplicatur, cum particula MI, apponitur verbo in fine, vt *Emmi*, hoc eſt, eſt mihi: *Dámmi*, da mihi: *Fámmi*, fac mihi.

Item in primis perſonis numeri multitudinis præteritorum modi indicatiui: vt *Amámmo* amauimus, *Valémmo* valuimus, *Leggémmo* legimus, *Vaimmo* audiuimus, *Fúmmo* fuimus.

Item in verbis compoſitis ex præpoſitione A D, vt *Ammaémentáre*, hoc eſt, recolere, vel memorare, & immergere.

Cæterum N, eſt duplex in iſtis nominibus: *Dónna*, *Madónna*, *Sónna*, *Anno*, *Affánno*, *Ingánno*, *Sénno*, *Innocénte*.

Duplicatur quoque in ijs dictionibus quæ deriuantur à Latinis nominibus in quibus M, præcedit N, vt ex Somnus *Sónno*, Columna *Cólonna*, Damnum *Dánno*, Scamnum *Scánno*, Autumnus *Autónno*, & huiusmodi alia.

Item euenit in tertijs personis pluralis numeri præsentis indicatiui modi verborum, quę in prima persona singulari monosyllaba sunt, quare *Hó*, habeo, habet, *Hánno* habent, *Sto*, *Stánno* stant, *Fó* facio, *Fánno* faciunt, *Eó*, *dánno* dant.

Excipitur, *Só* sum, quod habet *Sóno* per simplex N, sunt.

Habent quoque geminum N, tertiæ item personæ pluralis numeri futuri indicatiui: vt *Ameránno* amabunt, *Valeránno*, valebunt, *Leggeránno*, *&* *Vdiránno*.

Scribuntur pariter per duplex A. hæc præterita in singulari numero, *Vénni* veni, *Vénne* venit, *Ténui* tenui, *Ténne* tenuit, in plurali, *Vénnero* venerunt, *Ténnero* tenuerunt.

Item in verbis compositis ex præpositione AD, vt *Annotársi* noctescere, *Annidársi*, in nido se collocare, *Annúncio* nuncio, *Annulláre*, hoc est, efficere, vt quippiam prorsus tollatur.

Demum geminatur in verbis compositis ex præpositione IN, vt *Innouáre*, & *Innamorársi*.

Iam sequitur P, quod duplex recipitur à vocibus *Zóppo*, Claudus, *Appetito*, *Dóppio*, duplex, *Cóppia*, vt *Vna cóppia d'huomini da bene*, duo probi viri, *Dóppo* post. Poëtæ tamen scribunt *Dópo*.

Geminatur etiam in iſtis præteritis, *Rúppi* rupi, *Rúppe* rupit, *Rúppero* ruperunt: *Séppi* ſciui, *Séppe*, ſciuit, *Séppero* ſciuerunt.

Ita *Sáppia* ſciam, ſcias, ſciat, *Sappiámo* ſciamus, *ſappiáte* ſciatis. *ſappiáno* ſciant.

Item fit in quibuſdam nominibus propriis, vt *Filíppo, Ariſtíppo, Egesíppo, Ippolito, Ippodamia, Gioséppe.*

Item, in verbis compoſitis ex præpoſitione AD, vt *Appróuo, Appare,* & in iis, quæ ex RA componuntur, vt *Rappórto* refero, *Ráppello*, reuoco.

Et tandem in verbo, *Oppóngo*, oppono.

Neque præteribo literam Q. velut quæ etſi non geminatur in aliqua dictione, ſi ſcripturam ſpectemus, nihilominus in iſtis vocibus, *Acqua* aqua, *Acque* aquæ. *Giácqui* iacui, *Giáque* iacuit, *Giácquero* iacuerunt: & modo conſimili de cæteris quæ habent C, ante Q, in iſtis, inquam, idem videtur prorſus eſſe in proferendo ſonus, ac ſi geminum haberent Q.

Idem euenit de verbis, *Nocqui*, nocui, *Nócque* nocuit, *Nócquero* nocuerunt. *Nácqui*, natus ſum, *Nácque* natus eſt. *Nácquero*, nati ſunt. *Piácqui* placui, *Piácque* placuit, *Piácquero* placuerunt.

Item in verbis *acquiſto*, acquiro *acquiéto*, vt *mi acqueto* quieſco.

R, & ipſum paſſim reperitur in dictionibus geminatum vt primum in verbis, quorum tertiæ perſonæ ſingularis numeri præſentis indicatiui deſinunt in RE, cuiuſmodi ſunt *Soccórre* ſuccur-

succurrit, *Abbórre* abhorret, *Córre* currit.

Excipitur, *Móre* moritur.

Geminatur præterea in verbis, è quorum medio per elegantiam sermonis auferũtur syllabæ NE, & GLIE, quæ præcedebant literam R, & adiungitur alterum R, quapropter ex *Tenerò*, fit *Terrò* tenebo, ex *Venirò* fit *Verrò*, veniã, ex *Coglierò*, *corrò*, colligam, *Cógliere*, *córre*, colligere, *Veniréi*, *Verréi*, venirem.

Item geminatur in vocibus, *Cárro*, currus, *Tórre* turris, *Térra*, *Arra*, *Orréndo*, quę sunt nomina, & in verbis *Nárro*, *Attérro* ad terram deiicio, *Sérro* claudo, *Afférro* arripio: *Sottero*: terra operio.

Postremo in verbis compositis ex præpositione AD, vt *Arrestársi* consistere vel resistere. *Arréschio* periculum facio, vel potius, periculũ subeo, *Arriuo*, aduenio. *Arricchire* ditare, *Arrostisco*, torreo.

Neque S, non geminatur, quandoquidem dicamus *Cássa*, arca, *Osso*, *fosso* fouea. Sunt & verba, vt *Pósso* possum. *Arrossísco*, erubesco.

Præterea geminatur in iis nominibus quæ à Latinis vocibus deducuntur habentibus literam X. idcirco ex saxum fit *Sásso*, ex Luxuria *Lussúria*, fixus *fisso*, & *fitto*, Alexander *Alessándro*, dixit *Disse*, vixi *Vissi*, rexi *Réssi*, texo *Tésso*.

Idem fit in nominib. quæ à Latinis veniunt, habentibus P, ante S, vt pro ipse dicamus *Esso*, pro gypsum, *Gésso*, pro scripsit *Scrisse*.

Verùm retinetur P, in istis nominibus propriis, *Ipsífile*, *Ipsicratéa*, & *Cápsa*, nomen propriũ

vrbis. Atque illud obiter annotabo, P, auferri, cum præcedit literam S, in principio dictionis, relicta ipsa litera S, vt dicimus *Sálmo*, pro psalmus. Proinde geminatur in vocibus, quę à Latinis veniunt habentibus B, ante S, vt sunt *Assolúto* ex absolutus, *Assórto* ex absorptus, *Assénte* ex absens, *Astemio* ex abstemius. *Assentio* ex absinthiũ. Geminatur item in vltima syllaba præteriti imperfecti Optatiui, numeri singularis, vt *Amáßi*, amarem & amares, *Amásse* amaret: ac modo consimili in cæteris coniugationibus.

Cùm vero numeri est pluralis in media sylla-ba, vt *Amaßimo* amaremus, *Amássero* amarent. Item in præteritis Indicatiui verborum tertiæ coniugationis, vt *Percóßi* percussi, *Percósse* percussit, *Percóssero* percusserunt. Item in verbis compositis ex præpos. AD, vt *Assaggio* gusto, *Assátto* adorior, *Aßicúro* tutum reddo, *Asségno* assigno, *Assordo* surdum reddo, *Assomiglio* assimilo. Dicimus *Rassumo*, hoc est iterum sumo, & *Rassétto* concinno.

Quod autẽ spectat ad literam T, reperitur & ipsa geminata in iis nempe vocibus, quę veniũt à Latinis habentib. B, aut C, aut P, ante T. hinc fit, vt pro obtusus dicamus *Ottuso*, pro obtineo *Ottengo*, pro octo *Otto*, pro doctus *Dótto*, pro Factus *Fatto*, pro Baptismus *Battésimo*, pro septem *Sétte*, pro ruptus *Rótto*. corruptus *Corótto*.

Petrarcha tamen scripsit *Rápto* raptus, quo poneret discrimen inter hoc rapiendi nomen & aduerbium *Rátto*, velociter.

Geminatur rursum in istis diminutiuis voci-

bus

bus *Pouerétto* pauperculus, *Librétto* libellus, *Fanciulletto* puerúlus, *Boschétto* paruum nemus.

Demum in verbis cõpoſitis ex prępoſ. AD, vt *Attriſto* triſtor, *Attéro* ad terram deiicio, &c.

V, autem duplicatur in verbis *Auuentárſi* irruere, *Auuertire* animaduertere, monere, *Auuicinárſi* appropinquare, *Auuedárſi*, animaduertere, *Auuotarſi* vouere.

Attamen ſcribendum eſt, *Auénire* & nõ *Auuenire*, , vt nonnullis placet : propterea quod *Auuenire* non ex verbo Latino Aduenio, quod peruenio declarat, deriuatur: ſed à verbo Euenit, quod eſt Accidit, quæ ſignificatio verbo *Auenire*, planè conuenit.

Cæterum de literis X, Y, & K, illud ignorare non oportet, nullius ſane vſus eſſe apud Italos homines, ob id eas inter cæteras literas nõ connumeraui. Nam pro Y, vtuntur I, pro K, C, & loco literæ X, vtuntur S, vt ſupra oſtendimus, aut geminatum in media ſcilicet dictione, aut ſimplex in media item dictione aliquando, & ſemper in eiuſdẽ principio. Atq; quod ad principium attinet, dicimus *Senócrate* pro Xenocrates, *Senofónte* pro Xenophon, *Sérſe* pro Xerxes.

Poſtremum litera Z, quę poſtrema eſt omniũ literarum, quibus Itali vtuntur, duplicatur & ipſa, cùm inter duas vocaleis, vt in *Beltézza*, *dolcézza*, *Gentillézza*. Cùm verò præceditur à conſonanti aliqua, ſimplex reponitur: vt in *Speránza*, *Parténza*, *Licénza*, *Sapiénza*.

Sed illud eſt hic obſeruandum Z, non rectè geminari in voce *Mézo*, quanquam vtrim-

que vocalem habeat. Nec obstat quod Petrarcha secus fecerit; quandoquidem fuit ad id necessitate illarum postremarum vocum in carmine, quas Rimas appellamus, adductus. Nam cùm pronunciamus *Mézo*, liquido apparet (modo quis Italicè pronunciandi rationem teneat) non perinde pronunciare ac *Pézzo* frustum, *Auézzo* assuetus, & huiusmodi.

Et quoniam aliquando non solum similes consonantes duplicantur in dictione, sed etiam diuersæ: atque non modo duplicantur, verum triplices reperiuntur quoque, ideo huius rei rationem declarare operæ precium esse iudico. Illud itaque principio in hac testatur, non pati sermonem Italicum, vt suis dictionibus duæ similes consonantes præponantur. Etenim si quis ita scriberet, S *sopérbo*, V *venére*, id non Italicè faceret.

Atqui nihil prohibet, quo minus duæ consonantes diuersæ nonnullis dictionibus præponi possint, vt videre est in *Spéro*, *Stúdio*, *Scático*, *Crédo*, *Prézzo*.

Quin imo tres quoque interdum ita dictionibus Italicis præpositæ reperiũtur, vt in *Strádauia*, *Stréle* sagitta: *Stratagéma*. *Stráno* stringo, *Strétto*, *Sprézzo*, sperno, *splendóre*, *spléndido*, *Scriuo*.

Proinde in medio dictionis haud possunt tres diuersæ consonantes poni; idcirco non dicimus, *Constánte*, *Transformo*, *Transmúto*, *Obstácolo*, *Sobstégno*, *Postpósto*, sed *Costánte*, *Trasfórmo*, *Trasmúto*, *Ostacólo*, *Sostégno*, *Possósto*.

Exci-

Excipiuntur *Móstro*, *Sémpre*, *Sepólcro*, *Témpro*, *Abbréuio*, *Accrésco*, *Attrauérso*.

Porrò de H, aspirationis notę vsu illud ignorare minime debes, nempe solere à plerisque Italicis scriptoribus poni in omnibus ferè illis dictionibus quas à Latinis accepimus, & in quibus ipsi Latini aspiratione sunt vsi, vt in *Huomo* ex homo, *Humáno* ex humanus, *Ho* ex habeo, &c. Atqui, ablata cùm sit nostra ætate causa, cur aspirationis notæ est quæsitus vsus, cessare quidem, vt opinor, debere videretur effectus: hoc est, vt H, pro signo crassioris spiritus (quomodo admodum paucas pronunciamus) in Italicis vocibus amplius non poneretur.

Sed tamen huius aspirationis vsus in pauca mihi videtur esse contrahendus, vt quidem primùm retineatur in voce, *Huómo*, ad tegendam scilicet turpitudinem illam, quæ huic nominī prouenire videtur ex diphthongo VO, quasi in capite huius dictionis collocata.

Deinde ne amoueatur ex verbo *Ho*, id est, habeo: idque ad differentiam constituendam inter ipsum *Ho*, & O, aduerbium vocandi, atque O, disiungendi particulam. Item inter *Há*, habet, & A, præpositionem datiuo casui seruiętem. Postremum vt conseruetur in istis syllabis CHE, CHI, GHE, GHI, in quibus tenera signū est spiritus crassioris, quo hæ syllabæ ab illis differant, quæ habent CE, CI, GE, GI. Nam quantum intersit vtro modo pronuncies, illi rectè norunt, qui Italicè pronunciandi tenent rationem.

Quod autem ad vocales attinet, illud ſciendum eſt, eas coaleſcere in diphthongos, quæ ſunt AV, *Aúra, Laúra, Maúra.*

EV, *Eúro, Sceúro,* ſimplex, vel *Separáto.*

IE, *Viéne* veni, *Briéue, Tiéne* tenet, *Iéri* heri, *Piéno*, plenus, *Fiéno* fœnum.

IA, *ciáncire* garrire, *ciançie* nugæ, *biánco* albus *cacciá* venatio.

IO, *Fióre* flos, *Sciócco* ineptus, *Scióglio* ſoluo, *Scioperáto* ceſſator, otioſus.

IV, *Ciurma* turma, *Schiúma* ſpuma, *Piú* plus, *Giú* deorſum.

IVO, *Figliuólo* filius, *Giuóco* iocus, ludus.

VO, *Huómo* homo, *Vópo* opus, *Vóuo* ouum, *Buóno* bonus, *Cuóco* cocus.

VI, *guida* dux, *piácqui* placui, *acquiſto* acquiro, *quinto* quintus.

VE, *Piácque* placuit, *acque* aquæ, *adúnque* igitur, *lingue* linguæ.

VA, *Acqua* aqua, *Lingua, Guádagno* lucrum.

AI, *Fai* facis, *Stái* ſtas. *Amái* amaui, *Lái* lamentationes, *Farái* facies.

VAI, *Guái* væ, vel ærumnæ & miſeriæ.

IEI, *Miéi*, mei;

EI, *Léi* ea. *Coſtéi* hæc, *Séi* es.

VOI, *Tuói* tui, *Suói* ſui, *Buói* boues, *Vuói* vis.

Hic animaduertas licet, *Túo, Súo, Io, Léi, Lúi, Noi, Vói, Tuói, Suói, Miéi, Vuói, Buói*, plerumque monoſyllaba eſſe, tum in proſa oratione, tum in verſu, quanquam quod ad verſum ſpectat, in fine carminis ſemper diſſyllaba ſunt. Neque

præ-

prætermiserim, quo ad pronunciationem vocalium illud esse obseruandum, O, & E, aliquando obscurius, aliquando clarius pronunciari. Obscurius enim in istis dictionibus, *Amore*, *Calore*, *Ardore*, & huiusmodi. At clarius pronunciatur E, in dictione *Erba*, O, verò in dictione *Ottima*. Verùm hæc pronunciandi ratio haud scripto ostendi potest, quare ab eo discenda omnino est, qui Italicam linguam callet.

DE ARTICVLIS.

HAbet sermo Italicus articulos, quos nominibus quæ propria non sint, præponit: quorum alij viriles sunt, alij muliebres, idque tam in singulari, quam in multitudinis numero, vt hic subiectus typus clarè ostendit.

Articuli	Viriles.	Num.sing. IL. LO. Gallicè le, hic.	
		Nu.mul. I, LI, GLI,	les, hi.
	Muliebres.	Nu.sing. LA.	la, hæc.
		Nu.mul. LE.	les, hæ.

Caret Italicus sermo casibus, qua quidem in re vt est similis linguæ Hebraicæ, ita est Græcæ & Latinæ dissimilis. Quapropter ad variandos articulos per diuersos casus adhibet præpositiones, DE pro genitiuo, A pro Datiuo, &

DA pro Ablatiuo: in Vocatiuo vſurpatur pro ſigno Caſus O, aduerbium Vocandi: in Nominatiuo vero & Accuſatiuo articuli duntaxat vſurpantur, quemadmodum ex ſubiecto typo perſpici poteſt.

Articuli
- Viriles.
  - N. ſing.
    - Nom. IL, LO. hic. Gal. de.
    - Gen. *del*, *dello*, huius. de, du.
    - Dat. *al*, *allo*. huic a, au.
    - Accuſ. *il*, *lo*. hunc. le.
    - Voc. *ó*, ò. o.
    - Abl. *dall*, *dállo*. hoc. de, du.
  - N. mul.
    - Nom. *i*, *li*, *gli*. hi. les.
    - Ge. *de i de delli*, *dégli*. horum. des
    - Dat. *á*, *i*, *a'*, *alli*. his. aux.
    - Acc. *i*, *li*, *gli*. hos. les.
    - Voc. *ó*, ò. ò.
    - Ablat. *da i*, *da' dalli*, *da gli*. his. des.

- Muliebres
  - N. ſing.
    - Nom. *la*. hæc. G. la.
    - Gen. *délla*, vel *de la*. huius. de.
    - Dat, *álla*. vel *ála*. huic. a
    - Acc. *là*, hanc. la
    - Voc. *ó*, ò. o.
    - Ablat. *dalla*, vel *da la*. hac. de

Arti-

Articuli Muliebres. Nu. mul.

Nom. *le* hæ.	les
Gen. *délle*, vel *de le*, harum.	des.
Dat *álle*, vel *á le*, his.	aux.
Acc. *le*, has.	les.
Voc. *ò*.	o.
Abl. *dalle*, vel *da, le*, his.	des.

Articuli coniuncti cum aliis præpositionibus.

NE

Néllo, Nel.	Gal. en ce.
Nélli, Negli, Ne i, Ne'	en ces.
Néla.	en ceste.
Nélle.	en ces.

PER

Per lo, Pel, Péllo.	par le.
Per li, per gli, pélli, per i, pei, pe'	par les.
Per la.	par la.
Per le.	par les.

CON

Con lo Col, cóilo.	auec luy.
Con li, con gli, colli, coi, co',	auec eux.
Con la, cólla.	auec elle.
Con le, cólle,	auec elles.

DE ARTICVLORVM VSV.

OMnes ferè articuli vocibus tantum communibus præponi ſolent.

Dixi ferè, quòd aliquando articulus La, præponatur nominibus propriis, vt ſuo loco demonſtrabitùr.

Articulus itaq; LO, datur vocibus incipientibus à Vocali, sed litera O, eliditur, apposita eius loco Apostropho, hoc modo, *L'amóre*, *L'onóre*, atque perinde proferuntur, ac si scripta essent, *Lamore*, *Lonóre*.

L O, se met deuant les mots commenceans par vne voyelle, comme *l'amoro*, &c. Sed hic animaduertendum est, Italos Hetruscos esse solitos auferre literam i, vocibus iis, quæ ex præpositione In, componuntur, atque apponere Apostrophum literæ vocali articuli, sic: *Lompe-ratore* in singulari num. & in plurali, *Gli Imperátori*, & ita de cæteris huiusmodi. Atqui nolim eos, etsi Boccacium, auctorem habeant hoc imitari, cùm eiusmodi dicendi genus sit admodum affectatum. Deinde ex quo Apostrophus signum est vocalis amissæ, ad quid Articulo, cui nihil deest, adscriberetur? Adde eiusmodi elisionis signum ad consonantes literas vocali quapiam priuatas potiùs pertinere, quàm ad vocales, denique dictiones illæ, *Imperatore*, & *Imperatori*, auferendo eis literam i, à qua incipiunt, indignè plecti capite (vt ita dicam) viderentur.

At ad institutum, *Lo*, rursus datur vocibus, quæ incipiunt à duabus consonantibus diuersis, quarum prima erit S, hoc modo, *Lo spirito*, *Lo stomaco*, *Lo scacciáto* eiectus, *Lo Státo*, *Lo Stréle*, Sagitta.

[G. Lo. il se met aussi deuant ceux qui commencent par deux consonantes, comme *Lo Spirito*, &c.

Idem

Idem prorsus intelligatur de articulo hoc cũ præpositionibus coniuncto, vt *Dellò Spirito* spiritus, *Allo spirito* spiritui, *Dállo spirito* è spiritu, *per lo Spírito* per spiritum, *Con lo spírito*, cum spiritu, *Nello spirito* in spiritu.

Datur tandem hic articulus nomini, *Il Quale*, idque in principio carminis, quare dicimus, *Lo quale*.

Articulus verò IL, præponitur vocibus quæ incipiunt à consonantibus, vt *Il Re*, *Il Prencipe*, *Il Cielo*, &c.

[G. IL, se met deuant ceux qui commencent par simples consonantes, comme *Il Re*, &c.

Vtrique postea dantur quoque verbis infinitiui modi, seruata eadem ratione principum literarum, vt dicamus, *l'amare*, *il dire*, *lo scriuere*.

Quod autem attinet ad articulos istius quidem generis, sed numeri multitudinis I, præponitur vocibus incipientibus à consonanti, vt *I Principi*, *I Ré*, *I Ciéle*.

L I verò & G L I, dantur vocibus incipientibus à vocali, vt LI, vel GLI *Amóri*, LI vel GLI *Onóri*, LI vel GLI *Esercitι*.

[G. L I, & G L I se mettent deuant les mots qui ont vne voyelle au commencement, comme LI vel GLI *Amori*, &c.

Verumtamen cùm litera vocalis ex qua incipit sequens dictio, fuerit I, ei præponendus est articulus G L I, qui tamen amittit suam vocalem in hoc modo, *Gl'iniqui*, *Gl'impij*, *Gl'ingiústi*, &c.

LI & GLI præponuntur item vocibus quæ incipiunt à duabus consonantibus diuersis, quarum prima erit S, vt GLI *Spiriti*, GLI *Strá-li*, GLI *Sténti* ærumnæ, GLI *Scómmodi* incommoditates, &c. [G.LI *&* GLI se mettent deuant les mots qui ont vne voyelle au commencement *Gli spiriti*, &c.]

Idem omnino fieri necesse est de his articulis, cùm coniuncti sunt præpositionibus, ita vt dicamus, *de I Ré*, & nõ *Degli Re*, ac modo consimili per alios casus.

Sed hic obseruare licet, solere plerumque ab articulo auferri I, & apponi Apôstrophum, hoc modo, *De' fatti tuói*, pro *Dei fatti túoi*. Ita quoque vsurpatur A pro Ai, *Da'* pro *Dai*, *Co'* pro *Coi*, *Né* pro *Nei*, *Pe'* pro *Pei*. Verùm iudicio id fieri oportet, quod quidem legendis potius probatis Autoribus, quàm arte aliqua quis poterit adipisci.

Dicimus præterea *Délli spiriti*, & non *Dei spiriti*. *Agli* vel *Alli spíriti*, non autem *A i spiriti*.

Cæterum præpositio PER, semper requirit articulos, LO, LI, vel GLI, nulla prorsus habita ratione literarum, à quibus sequentes incipiant dictiones; vt *Per lo pétto*, *Per li fianchi*: non autem, *Per il pétto*, *Per i fianchi*. At non rarò dicunt itidem *Pé monti*, *Pé piani*, loco earum dicendi formularum, quæ habent *Per li mónti*, *per li piani*, hoc est, per montes, per planiciem.

Iidem tandem articuli positionibus coniuncti haud secus se habent, ac cùm ab illis disiuncti

cti sunt: quare dicimus *Dell Amóre*, *Degli Amóri*, *All ingiústo*, *A gl' ingiústi*, & eodem modo per omnes alios casus, tam singularis, quàm pluralis numeri.

De articulis autem muliebris generis illud sciendum, vt Articulus LA, detur nominibus communibus ferè semper, vt cùm dicimus, *La Táuola*, *la Bárca*, *la Scuóla*, & nonnunquam detur quoque nominibus propriis, quemadmodum facit Boccacius dicendo, *La Belcolóre*, *la Fiamétta*, &c.

Vbi notare oportet, hunc articulum poni integrum ante voces, quæ à consonantibus incipiunt, vt suprà exemplis adductis ostendimus: sed tamen priuari litera A, & donari Apostropho, quoties præponitur vocibus incipientibus à vocali, hoc modo: *l'Anima*, *l'Onesta*, *l'Amicitia*.

Articulus verò LE, perinde se habet atque articulus LA, nisi quòd non datur nominibus particularibus. Dicimus ergo, *Le stélle*, *le dónne*, & *L'anime*, *L'amicitie*, *L'iniquitá*, *L'imprese*.

Eadem penitus est ratio horum articulorum cum præpositionibus coniunctorum: dicimus namque in sing. num. *Della stélla*, *Alla stélla*, *Dalla stélla*, *Per la stélla*, *Con la stélla*, *Nella stélla*: *Dell' anima*: *All' anima*, &c. In plurali autem num. *Delle stélle*, *Alle stélle*, &c. *Dell' anime*, *All' anime*, &c.

DE NOMINE.

Omnia nomina Italica in aliquam exeunt vocalem, *Dio*, *Angélo*, *Ciélo*, *Huomo*, & alia penè innumera.

Atqui eam aliquando amittunt, præsertim in vocibus, quarum postremã vocalem pręcedunt literæ, quas Latini liquidas appellant, nempe, L,N,R: vt *Débil*, *Fél*, *Mé*, *Fédel*, *Ván*, *Pensier*, pro *Débile*, *Féle*, *Mole*, *Fédele*, *Váno*, *Pensiero*.

Atque id fieri solet, vel cùm vox sequens à consonanti incœperit, vt *Ván desio*, *Pensiér canuto*: id est, vanum desiderium, prudens cogitatio. Item, *Fedel*, *compágno*, *Mél dólce*. Sed non adscribitur Apostrophus, quòd non amittant vocalem propter alteram sequẽtem. Quapropter dicimus *Gran cósa*, *Buon Christiáno*, *San Páolo*, sine Apostrophi adiectione, pro *Grande cósa*, *Buóno Christiano*, *Santo Paólo*, qui dicendi modi sunt multò inelegantiores.

Sed à regula excipiuntur ista nomina, *Cóllo* collum, *Apóllo*, *Vóllo* volatus, *Affánno* ærumnæ, *Ingánno* dolus, *Oscúro*, *Dúro*, & *Chiaro*: haud enim dicimus *Col*, *Apol*, *Vol*, *Affan*, *Ingan*, *Obscur*, *Dur*, *Chiar*: quanquam his duobus postremis perraro vsus est Petrarcha.

Neque truncari patiuntur istę voces, *Animo*, *Abisso*, *pégno*, *Sostógno*, & huiusmodi.

Solent deinde Italica nomina amittere postremam vocalem, cùm sequens dictio à vocalium quapiam incœperit: atque pro amissa vocali apostrophus adscribitur sic, *Vostr' ócchi*,

Molt

Molt' ánni, &c. Ex quo apparet id in nominib. adiectiuis potissimum vsu venire.

Postremò, Poëtæ nonnulla priuant nomina vltimis syllabis, nedum literis vocalibus aut iisdem syllabis auferunt L, gratia seruandi numeri in versu, hinc fit, vt dicam interdum, *Animá'* & *Animai*, pro *Animáli*, *Lacciuó'* & *Lacciuóli*, *Caua'* & *Cauái* pro *Cauálli*, *Be'* & *Boi* pro *Bélli*, *Que'* & *Quéi* pro *Quélli*, *Ta'* & *Tái* pro *Tali*, *Qua'* & *Quai* pro *Quali*.

Sed tamen id minimè sic, cum sequitur vox, quæ à vocali incipiat, vt passim probatorum Auctorum scripta fidem faciunt.

DE NOMINVM FINIBVS.

Nomina substantiua propria virorum & num, sing. exeunt in
- A, *Enéa*, *Pitágora*, *Lúca*, *Andréa*, *Porséna*.
- E, *Césare*, *Aristótile*, *Scipióne*, *Platone*.
- I, *Giouánni*, *Luigi*, *Dionigi*.
- O, *Aleßándro*, *Pietro*, *Páolo*.
- V, *Gisu*, Artù.

Nomina propria vrbium vir. gen. terminantur in
- E, *Lióne*.
- I, *Parigi*. *Brindisi*, *Ragúsi*.
- O, *Miláno*. *Cómo*, *Péjaro*.
- V, *Corfú*, *Cefalú*, *Perú*.

Nomina quæ ad familias pertinent terminantur in
- *A, Colónna, Carráfa, Gonzága, Cóssa, Aústria, Aragóna.*
- *E, Déntice, Pónte, Esté.*
- *I, Medici, Crítti, Picolómini, Vénti, Tornaquínci, Dóni, &c.*
- *I*, vel, *O*, *Quiríni*, & *Quiríno, Soderíni*, & *Soderino*, &c.
- *I*, vel *E*, *Caualcánti* vel *Caualcánte.*
- *O, Aualo, Tóledo.*

Cæterum hæc cognomina non eodem modo vsurpantur, quamobrem quis eorum sit in dicendo vsus, haud abs re erit indicare. Dicimus itaque *Pompéo Colónna*, Pompeius Columna, *Mária Colonna*, Maria Columna, *Il Colonna*, Columnensis, *I Colónnesi*, Columeses.

Dicimus proinde *Cárlo d Austria*, *Quei della casa d' Austria*. *Ferránte d' Aragóna*, *Quei d' Aragóna*: nam *Aragónesi* significat etiam qui eius familiæ sunt studiosi.

Quod ad alteram seriem spectat, dicimus *Camillo, Déntice*, *Diána Déntice*, *Il Déntice*, *I Déntici.*

Rursus, *Andréa Pónte*, vel *da Pónte*, *Caterina Ponte*, *Il Ponte*, vel *da casa Pónte*, *Quel*, vel *Quei da casa Ponte.*

Item, *Ercole da Este*, *Caterina da Este*, *Quei da Este.*

Tertij autem ordinis cognomina ita vsurpantur, vt dicamus, *Cósmo Médici*, vel *Cósmo de Medici*: *Lucrétia Médici*, vel *de' Medici*: *Il Médici*, *I Medici.*

Ita,

Ita, *Francesco Doni, Giouánna Doni, il Doni.* Sic, *Aleßándro Piccolómini, Il Piccolómini, Pórtia Piccolómini, la Piccolómini.*

Dicimus præterea *Piétro Quirini*, vel *Quirino: Camílla de' Quirini*, vel *Quirina*, non autem *Camilla Quirini*: quod non sit in vsu. Rursus dicitur rectè, *il Quirino*, non autem *il Quirini.* Verùm si quis obiecerit, cur rectè dicitur *Il Médici, Il Dóni.* Respondeo, quòd cognomina *Médici*, & *Doni*, nullam aliam habent terminationem, quæ sit in vsu. Atqui cognomen *Quírini*, habet & *Quirino* pro maribus, & *Quirína* pro fœminis: idcirco dicimus *Antonia Quirína*, & non *Quirini*, sed *dè Quiríni*: cùm tamen dicamus *Caterina Médici*, & nō *Medica.*

Exempla proinde cognominum quintæ classis erunt, *Guido Caualcante*, vel *Caualcánti*, *i Caualcánte, i Caualcánti, Giúlia Cauelcánte.*

Quod autem ad ea, quæ in postremo loco posita sunt, dicimus *Alfonso d'Aualo*, *Petro di Tolédo.*

Nom. appellatiua gen. vir. & nume. sing. termin. in
- A, *Sofísta, poéta, proféta, podesta, pianéta.*
- E, *Onóre, Amóre, Colóre, Fánte,* quod est etiam gen. mulieb. *Signóre.*
- O, & E, *Caualiéro*, vt Poëtæ, vel *Caualiére*, vt qui scribunt prosa oratione: cuiusmodi sunt multa alia nomina.

Est nomen *pári*, quod ad vtrumque numerum, & genus pertinet: quare dicimus *I pári*

tuói, I pári nostri, Le pári tue, le pári vostre, hoc est, tui vel vestri similes, & hoc in numero multitudinis. Nam in singulari dicimus, *Tuo pári, Tua pári*, id est, tui similis.

Dicimus præterea, *Vn péio di Cálze, Due páia, Tre páia, Quattro páia*, &c. *di polli*: ex quibus dicendi formulis perspicuum fit, quid intersit inter *pári, páio, páia*: nempe *pári* similitudinem declarare, *páio, & páia*, societatem, vt ita dicam.

Sed de eo quoque admonebo lectorem, has voces *páio, pari*, & *páia*, pertinere etiam ad verbum quod significat Videor; hoc modo.

Indicatiui.

Io páio	ego videor.
tu pari	tu videris.

Subiunctiui.

Io páia	ego videar.
tu páia	tu videaris.
colúi páia	ille videatur.

Nom. adiect. num. singu. & gen. viril. termin. in	O, *Diuíno, Béllo, Vmáno, fiero, altiéro, Orréndo. Ornáto, &c.*
	E, *Celéste, Fedéle, Dolce, Virile, &c.* quæ sunt item muliebris generis.

Quantum verò attinet ad eadem nomina, cùm numeri sunt multitudinis, omnia in I, exeunt: vt *Huómini, Ciéli, Angeli, &c.* Atque id intelligatur tam si in singulari numero finiant in O, quàm si in aliis terminentur literis vocalibus.

Exci-

Excipiuntur tamen ea, quæ in numero multitudinis duplicem habent finem, in I, ſcilicet ac generis ſunt virilis, & in A, quomodo genus mutant ex virili in muliebre, quæ omnia ſubiecto typo ob oculos ponuntur.

Nom. in plur. nu. deſinentia in
- A, *Díta, Lábbra & Lábbia, Ginóchia, Bráccia, Légna, Veſtígia, Ríſa, &c.*
- I, *Díti, Lábbri, Ginócchi, Brácci, Légni, Veſtígij, Riſi.*

Sed quæ deſinunt in A, magis ac frequentiùs vſurpant, qui verſantur in ſoluta oratione.

Porrò & nomina muliebris generis haud eodem modo finiunt, vt ſubiecti typi oſtendunt.

Nom. prop. mul. ſin. nu. deſinunt in
- A, *Cornelia, Laúra, Túllia, Lucrétia, Maria, &c.*
- E, *Beatríce, Rachéle, Berenice, Penélope, &c.*
- O, *Glicério, Caliſto, Dido, Sáfo, Calípſo, Ino, &c.*

Nom. muliebris gen propria vrbium deſinunt in
- A *Róma, Vinétia, Pâdona, Veróna, Fiorinza, &c.*
- E, *Auignóne, Cartágine, Aténe.*
- I, *Nápoli, Conſtantinópoli.*
- O, *Corinto, Séſto, Abído, Effeſo, Argo.*

Nom. muliebris appella. num. singul. termin. in		*A, anima, amicita, dónna, signóra.*
		E, Opinióne, lettióne, affettióne.
		O, Máno.
	A & E	*A, Onesta, árma, lóda, frónda ála*
		E, Onestáte, arme, lóde, fronde, fróde ále
	V & E	*E, Virtúte, seruitúte, Grúe.*
		V, virtù, seruitù, Grù.
	A & O	*A, Orécchia, fóglia, cérchia, chióstra, célsa.*
		O, Orécchio, fóglio, cérchio, chióstro, celso.

At in O, cùm desinunt, virilis sunt generis: atque *Orécchia* & *Fóglia*, in frequenti sunt vsu, sicut *cérchio*, *chióstro*, & *gélso*: cætera verò non item.

No. gen. muliebr. adiect. sing. nu. desinunt in	*A, biánca, bélla, diuina, ornáta, fiera, rea, &c.*
	E, Fedéle, crudéle, fórte, quæ & viril. gen. sunt.

Cæterùm in multitudinis numero huiusmodi nomina habebunt I, postremo loco, si in singul. habebunt E, quòd in sing. habebunt A, in plur. habebunt E.

Hic fit, vt quæ habent in singul. duplicem finem, eundem habeant quoque duplicem in plurali numero: id quod typis ostendere non pigebit.

Num. ſing.	*A, Stella* *E, Fónte*	Num. plu.	*E, Stelle* *I, Fónti*
Num. ſing.	*A, Arma* *E, Arme*	Num. plu.	*E, A'rme* *I, Armi.*
Num. ſing.	*V, Virtù* *E, Virtúte*	Num. plu.	*V, Virtù,* *I, Virtúti*
Num. ſing.	*A, Bontà* *E, Bontáte*	Num. plu.	*A, Bontá,* *I, Bontáti*
Num. ſing.	*A, Orecchia* *O, Orécchio*	Num. plu.	*E, Orécchie* *I, Orécchi.*

Verùm, *Máno*, ex quodam vſu loquendi quamuis ſit generis muliebris, deſinit tamen, cùm ſingularis eſt num. in O, vt *Máno*, ex quo conſequitur in plurali deſinere in I, vt *Máni*.

DE NOMINVM DECLINATIONE.

QVanquam (vt ſuprà monuimus, cùm de articulorum declinatione ageremus) ſermo Italicus caſus & flexus nominum, cuiuſmodi in Latina & Græca linguis eſſe videntur, non agnoſcat: nihilominus haud omnem in-

flexionem respuit: Nam eam habet, quæ vel ex præpositionibus solis, vel ex iisdem vna cum articulis pendet, cuius rei paradigmata aliquot adscribam.

Paradig. I. ex Art. cum præposit.

No. sing.	*L'amico.*	G. l'ami,	Amicus.
Genit.	*dell' amico.*	de l'	amici.
Dati.	*all' amico.*	à l'	amico.
Acc.	*l'amico.*	l'	amicum.
Voc.	*ò amico,*	ò ami	amice.
Ablat.	*dall'amico.*	de l'	amico.
No. plu.	*Gli amici.*	les amis.	amici.
Genit.	*de gli amici.*	G. des amis.	amicorum.
Dati.	*à gli amici.*	aux.	amicis.
Accus.	*gli amici.*	les.	amicos.
Voc.	*ò Amici.*	ò amis.	amici.
Ablat.	*da gli amici.*	des.	amicis.

I. Paradigmatis vsus per omnes casus & numeros.

Nom. singul. *l'amico vénne* [l'amy est venu] amicus venit.

Gen. *mi ricordo dell'amico* [il me souuient de l'amy] memini amici.

Dati. *compiaccio all'amico* [ie complais à l'amy] morem gero amico.

Accu, *amo l'amico* [i'aime l'amy] amicum amo.

Vocat. *o amico vieni* [viens amy] ô amice veni.

Ablat. *mi parto dal l'amico.* [ie me despars d'auec l'amy] discedo ab amico.

Nom. plur. *gli amici vénnero* [les amis sont venus] amici venerunt.

Genit.

Amygdalus.



Cur properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.

Morus.



Serior at Morus nunquàm nisi frigore lapso
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.

Genit. *mi ricordo de gli amici* [i'ay ſouuenance des amis] memini amicorum.

Datiu. *compiácco á gli amici* [ie complais aux amis] amicis morem gero.

Acc. *amo gli amici* [i'aime les amis] amicos amo.

Voc. *o amice venite* [venez amis] ô amici venite.

Ablat. *mi parto da gli amici*, [ie me ſepare des amis,] ab amicis diſcedo.

Paradig. II. ex præpoſ. ſine articulis.

No. ſing.	*amico*	G. ami.	amicus.
Genit.	*di amico*	d'	amici.
Dat.	*ad amíco*	a.	amico.
Accuſ.	*amíco*		amicum.
Vocat.	*amíco*		amice.
Ablat.	*da amíco*	d'	amico.
No. plur.	*amíci*	amis.	amici.
Gen.	*di amici*	d'	amicorum.
Dat.	*ad amici*	aux.	amicis.
Accuſ.	*amíci*		amicos.
Vocat.	*amici*		amici.
Ablat.	*da amíci*	d'	amicis.

II. Paradigmatis vſus per omnes.

Nom. ſing. *fu amico vero*, fuit verus amicus.

Gen. *ne è vfficio di amico*, haud eſt amici officiũ.

Dat. *Io non parlai ad amico fidáto*, Sum de ea re cum fido amico locutus.

Accu. *Mai non viſitái amico à me piú cáro di te*, Amicũ te mihi cariorem viſitaui nunquam.

Vocat. *Amico viéni*. Amice veni.

Abla. *Da amico, cóme ſéi tu, recouo ogni coſa in buóna parte*, Ab amico tui ſimili omnia in bonam partem accipio.

Superſedeo iam eodem modo exempla in numero multitudinis afferre, quod per ſe quiſque ad inſtar adductorum in ſing. num. id præſtare facillimè poterit.

III. Paradig. ex Articulo II.

Nom. ſing.	*il maéſtro.*	le	magiſter.
Genit.	*del maéſtro.*	du	magiſtri.
Dati.	*al maéſtro.*	au	magiſtro.
Accuſ.	*il maéſtro.*	le	magiſtrum.
Vocat.	*ó maéſtro.*	o	ô magiſter.
Ablat.	*dal maéſtro.*	du	magiſtro.
Nom. plu.	*i maéſtri.*	les	magiſtri.
Genit.	*dai maéſtri.*	des	magiſtrorum.
Dat.	*a i maéſtri.*	aux	magiſtris.
Accuſ.	*i maéſtri.*	les	magiſtros.
Vocat.	*ó maéſtri.*	o	ô magiſtri.
Ablat.	*dai maéſtri.*	des	magiſtris.

tu dia	tu donnes	tu des
colúi dia	il donne	ille det
nói diamo	nous donnions	nos demus
voi diáte	vous donniez	vos detis
colóro diano	ils donnent	illi dent.

Præt. imperfect.

O che	ô que	Vtinam.
Io deßi	ie donnaſſe	Ego darem
tu deßi	tu donnaſſes	tu dares
colui deſſe	il donnaſt	ille daret
noi deßimo	nous donnaſſiõs	nos daremus
voi deſte	vous donnaſſiez	vos daretis
colóro deſſero	ils donnaſſent	illi darent.

Idem aliter.

O che Io darei, & daria	ô que ie donnerois	Ego darem, &c.
tu dareſti	tu donnerois	
colui darebbe, & daria	il donneroit	
noi darémmo	nous donnerions	
voi dareſte	vous donnericz	
colóro darebbono, & dariano	ils donneroyent.	

Præt. perf.

O che		ô que		Vtinam
Io habbia		i'aye		Ego dederim
tu habbia		tu ayes		tu dederis
colui habbia		il ait		ille dederit
noi habbiamo	*dato.*	nous ayõs	*dõné.*	Nos dederimus
voi habbiate		vous ayez		vos dederitis
coloro habbiano		ils ayent		illi dederint.

Præteritum plusquam perfectum.

O che		ô que	Vtinam
Io haueſsi		i'euſſe	Ego dediſſem
tu haueſsi		tu euſſes	tu dediſſes
colui haueſſe		il euſt	ille dediſſet
noi haueſſimo	*dato.*	nous euſſiõs	Nos dediſſemus
voi haueſte		vous euſſiez	vos dediſſetis
coloro haueſſero		ils euſſent	illi dediſſent.

Et *O che*

Et *O che*		ô que		
Io haueri, & haueria		i'aurois		Ego dedissem
tu haueresti		tu aurois		
colui hauerebbe, & haueria	*dato.*	il auroit	*donné*	
noi haueremo		nous auriõs		
voi hauereste		vous auriez		
coloro hauerebbono, & haueriano		ils auroyent		

Futurum.

Quando		Quand		Cùm
Io hauerò		I'auray		Ego dedero
tu haueria		tu auras		tu dederis
colui hauera		il aura		ille dederit
noi haueremo	*dato.*	nous aurõs	*dõné.*	Nos dederimus
voi hauerete		vous aurez		vos dederitis
coloro haueranno		ils auront		illi dederint.

Infinitiuo modo temp.præs.

Dare	donner	Dare
hauer dato	auoir donné	dedisse
douer dare	deuoir donner	

hauere à dare	auoir à donner	datum ire, vel da-
esser per dare	estre pour don-ner	turum esse
dante, danti	donnant, don-nants	dans, dantes
dato dati	donné, donnez	datus, dati,
data, date.	donnée, don-nees	data, datæ.

Ger.	Præs. *Dando*	donnant	dans
	Præt. *hauendo da-to*	ayant don-né	cùm de-derim.
	douendo da-re	deuāt don-ner	cùm sim daturus.
	Fut. *hauendo à dare*	estant pour donner	
	essendo per da-re	ayant à dō-ner.	

DE



DE PRÆTERITORVM formatione.

IN præteritorum formandorum ratione, quòd maius quiddam insit negotiũ, quàm in cæterorum temporum, idcirco de ea aliquid breuiter attingam.

Omnia itaque præterita perfecta indicatiui modi verborum primę coniugationis desinunt in AI, vt, *amai*: [i'aimai,] ex verbo *ámo*: *cantái*, [ie chantai,] ex verbo *cánto*: *parlai*, [ie parlai,] ex verbo *parlo*: *mangai*, [ie mangeai,] ex verbo *mangio*: & *pagai*, [paye,] ex verbo *págo*.

Excipiuntur tamen quædam verba monosyllaba in præsenti: quare sto habet, *stéi*, & *stétti*, [i'ay esté debout,] Do, habet *déi* & *détti*, & *diédi*, [ie donnay,] *fo* vel *faccio*, habet *féi* & *féci*, [i'ay faict.]

Secundæ autem coniugationis omnia verba, quæ habent C, tanquam propriam & peculiarem literam, mittunt præterita in cqui, vt ex *piáccio piacqui* [pleu,] prima persona singularis, & cque, vt *piacque*, [pleu] tertia: ita, ex *tácio tacqui*, & *tacque*, [ie me suis teu] ex *giáccio*, *giácqui*, & *giácque*, [i'ay esté couché.]

Quæ verò habent I, in præsenti, addunt in præterito S quomodo ex *váglio*, fit *válsi*, [i'ay peu,] ex *dóglio*, *dólsi* [i'ay esté fasché, i'ay eu dueil] at *voglio* habet versu, *volsi* [i'ay voulu]

sed in prosa, *vólli:* quanquam libentius, vel in ipsa soluta oratione priorem vocem ego vsurparem, vt minus, meo quidem iudicio, affectatam.

Rursus quædam eandem propriam & peculiarem conduplicant literam, vnde est *caddi,* [ie suis tombé] ex *cádo,* quod etiam habet, *cadei,* & *cádetti:* rursus ex *téngo,* est *ténni,* [i'ay tenu,] ex *beuo, béuui,* [beu.]

Verumtamen verbum, *so* habet, *seppi,* [i'ay sceu,] *Hô hébbi,* [i'ay eu, *godo godéi,* & *godétti,* [i'ay esté ioyeux, bien aise, *pósso, potéi,* & *potéti,* [peu,] *veggo,* vel *veggio, vidi,* [veu, *prouéggo, prouidi,* [preueu,] *páio, párui,* & *parsi,* [i'ay séblé.]

Cæterum de præteritis tertiæ coniugationis ea erit regula, vt quorum participia præteriti temporis, significationisque passiuæ in vto, terminantur, præterita desinant in Ei, & in Eu, quocirca verbum perdo, cùm habeat in participio perduto, habet in præterito *perdéi,* & *perdétti,* [i'ay perdu,] *cómpio,* habet *compiúto, compiéeti,* [i'ay accompli, *riceuo, riceuuto, riceuéi,* & *riceuétti,* [receu.]

Verbum autem, *concedo* habet *concedúto,* in prosa, & *concesso,* in versu quoad participium, ideò in præterito habet *concedéi, concedétti,* & *concessi,* [permis,] *mórdo,* habet *mordúto,* vel *mórso,* in participio, & *mordei, mordétto,* & *morsi,* [mordu] in preterito, sed *conósco,* tametsi in particip. habeat *conosciúto,* nihilominus in præterito habet *connobi,* [cogneu.]

Porrò eiusdem coniugationis verba quando in par-

in participio habent duplex T, in præterito habent itidem S, duplex, vt ex *leggo* eſt *letto*, & *léſsi*. [leu ex *ſcriuo*, *ſcrito*, & *ſcriſsi*, [eſcri,] ex *eléggo*, *eléſsi*, [eſleu.]

Excipitur ſtringo, quod habet quidem in participio *ſtrétto*, ſed in præterito, *ſtrinſi*, [eſtreint] quomodo etiam ſe habent eius compoſita, aſtringo, & conſtringo. Quanquam id euenire arbitror vel ex eo, quod in participio eſſet dicendum, *ſtringo*, ſi quis rationem potius, quam vſum linguæ ſpectaret, vel quòd præteritum Latinum habet ſtrinxi, vnde deriuari videtur, *ſtrinſi* [eſtreint,] velut ex pinxi, *pinſi*, [peint] ex cinxi, *cinſi*, [enuironné,] ex finxi, *finſi*, [feint] ex planxi, *pianſi*, [plore] & ex extinxi, *eſtinſi*, [eſteint.] Tandem verbum, *árdo*, habet *árſo*, in particip. & *arſi*, [bruſlé,] in præter. *rido*, habet *riſo*, & *riſi*, [i'ay ris,] *tóglio*, *tólto*, & *tolſi*, [oſté,] *muouo*, *maſſo*, & *moſsi*, [eſmeu, & meu:] *offendo*, *offéſo*, & *offéſi*, [offenſé:] *ſpárgo*, *ſparſo*, & *ſpárſi*, [eſpandu,] *metto*, *meſſo*, *miſi*, [mis,] *pongo*, *poſto*, *póſi*, [mis,] *naſco*, *náto*, *nácqui*, [i'ay eſté né,] *nuóco*, *nociuto*, *nocqui*, [ie nui, & i'ay eſté nuiſant] *ſóno*, *ſúto*, *ſúi*: [i'ay eſté,] *rómpo*, *rótto*, *ruppi*, [i'ay rompu,] *pioue*, *piouúto*, *pioum* [pleu] *diuido*, *diuiſo*, *diuiſi*, [i'ay ſeparé] *vccido*, *vcciſo*, *vcciſi*, [tué,] *ſpéndo*, *ſpéſo*, *ſpeſi*, [deſpendu.]

Poſtremo verba quartæ coniugationis habent præterita deſinentia in i ſimplex cum accentu, vt *vdi*, *ſenti* [entendu,] ex verbis, *odo*, & *ſento*, atque nonnunquam, vt in ſoluta oratione habent i duplex, vt *vdij*, *ſentij*, [entendu,] At

dico, habet, *dißi*. [i'ay dit,] *offero*, *offersi*, [presente,] *vengo*, *venni*, [ie suis venu.]

DE PARTICVLIS QVÆ Verbis affigi solent.

Hæ quidē sunt, MI, TI, SI, CI, NE, VI, quæ quanta cum elegantia verbis adhæreant, ac cuiusmodi sit earum significatio, ex iis, quæ de earum vsu dicentur, liquidò apparebit.

DE VSV HARVM particularum.

Primùm solent præponi ac postponi verbis, vt *Mi áma*, *ámami*, *Ti áma*, *ámati*, *Si áma*, *amási*, *Ci áma*, *amáci*, *Ne áma*, *amáne*, *Vi áma*, *ámaui*. Verùm id iudicio fieri debet, cùm non semper, neque vbique deceat. Nam affectata erit minus hæc oratio, *Che ti dísse colúi*, quàm, *Che disse ti colúi*: Quid ille tibi dixit? Item minus affectatè dixerimus, *Se tu mi ámi*, *non ti nuocerà*: quàm *Se ámini*, *non nuocerá ti* Si me amas haud tibi nocebit. Sed huiusmodi iudicium traditis præceptis vix ac ne vix quidem doceri potest, quandoquidem ex frequenti Auctorum lectione, & consuetudine linguæ debeat comparari. Est proinde sciendum, has particulas, quoties verbum sequuntur, pendere ab ipsius verbi accentu, ac si vna esset dictio, vt *Amami*, *Amati*, *Amasi*, *Amaci*, *Amane*, *Amaui*.

Dupli-

Duplicantur insuper consonantes M, quando postponuntur verbis habentibus accentum in postrema: vt *Amómmi*, *Amótti*, *Amóßi*, *Amócci*, *Ammóne*, *Ammonúi*, ex præterito, *Amó*, Amauit. Ita, *Amerámmi*, *Amerátti*, *Ameráßi*, *Amerácci*, *Ameránne*, *Amerániui*, ex futuro, *Amerá*, Amabit.

Præterea, MI, TI, & SI, semper retinent literam I, cùm adhærent verbo, nulla alia interposita voce: quod ex iam adductis exemplis liquet. Quod si aliqua alia vox intercesserit, mutant I, in E, cuius rei exemplum erit: *Me non battésti tu*, Me quidem tu haud verberasti, quãquam id accidere videtur quoque ex comparatione personarum, vnde dicimus, *Tú conóci me & lúi*, tu me & illum nosti, *Tu védi me, & io veggete*, tu vides me, & ego video te, *Tu feristi me, e quéllo non toccasti*, Me quidem percussisti, illum verò haud tetigisti.

Eodem pariter modo se habent hæ particulæ, quando eas sequitur verbum infinitiui modi, dicimus enim *Ragiónasi, me hauér preso moglie*, dictitant, me duxisse vxorem; *córre fama, Me esser inamoráto*, Rumor est, me amare. Verùm hæ tamen orationes ita rectius efferrentur: *Ragiónasi, che io ho préso móglie, & Córre fama, ch'io sóno inamoráto*.

Postremò, mutant I, in E, quando eas præcedit aduerbium, *come*, hoc modo, *Io non sóno auáro come te*, non sum auarus vt tu: *Tu non séi liberále, come me*, non es liberalis, vt ego.

Quantum verò spectat ad earum significa-

tionem, ex typis mox subiiciendis perspicuê ostendetur, vna cum vsu earundem, vt ex eo persequendo non recedamus.

M I.

Me, *Mi batte*, vel *batémmi*: verberauit me. [Gall. il m'a battu.] *Mi diéde*, & *diédemi*: dedit mihi. [il m'a donné.]

T I.

Te: *Ti battè*, & *battéti*: verberauit te, [il t'a battu.]

Tibi: *Ti diéde*, & *diédetti*: dedit tibi [il t'a donné.]

S I.

Se: *Si vccise*, & *vccicesi*: se interemit, [il s'est tué.]

Sibi: *Si diéde*, & *diédesi la mórte*: sibi mortem consciuit. [il s'est donné à la mort.]

C I.

Nos: *Ci percósse*, & *percósseci*: Nos percussit, nous a battu.]

Nobis: *Ci diéde*, & *diédeci*: Dedit nobis, [nous donne.]

Illic, vel illuc: *Ci fu*, *fucci*: illic fuit: *Ci ando*, *andócci*, iuit illuc.

Illud tamen hic animaduertendum est, has particulas nonnunquam poni in oratione ornatus gratia duntaxat: vt *io mi credo*, pro *io credo* [moy ie croy, pour dire ie croy:] *tu ti pensi*, pro

tu pensi

tu pensi[toy penses tu, pour dire penses tu] *egli si créde*,[luy il croit pour dire il croit,] ac Boccacius ita est locutus: *Natural cosa, è di ciascuno, che ci nasce*, pro *che nasce*.

N E.

Nos: *Ne abbracciò, abbracciomne*: osculatus est nos,[nous a embrassé.]

Nobis: *Ne diede, diédene*, dedit nobis[nous a donné]

V I.

Vos: *Vi percósse, percósseui*, vos percussit,[vous a frappé.]

Vobis, *Vi diédi, diédeui*, dedit vobis, (vous a donné.)

Illic, vel illuc, *Vi fu fúui*, illic fuit(a esté là.) *Vi andò, andóuui*, iuit illuc,(est allé là.)

Porrò hæ particulæ inuicem connectuntur, & ita non rarò orationem ingrediuntur haud mediocri cum elegantia, quod quomodo fiat ex typis infra positis facillimè intelligetur.

MI TI.

Me tibi, *Io mi ti raccómando, & raccomando miti*, Me tibi commendo, (ie me recommande à toy.)

Mihi te, *Tu mi ti raccomándasti, & raccomandásti miti*, mihi te commendasti,(tu t'es recommandé à moy.)

MI SI.

Me ſibi, *Egli mi ſi eleſſe, eleſsiſsimi per grandiſſimo amico*, is me ſibi amicum ſummum elegit, [il m'a choiſi pour ſon treſ grand amy.]

Mihi ſe: *Egli mi ſi raccomando, raccomandómiſi*, is mihi ſe commendauit, [il s'eſt recommandé à moy.]

MI CI.

Me illic, vel illuc, *Mi ci fermai, fermámici due giórni*, biduum illic manſi, [ie me ſuis arreſté là deux iours, *Mi ci fè andáre*, curauit vt illuc irem, [il m'a fait aller là.]

Mihi illic, *Mi ci diéde, diédemici móglie*, illic mihi vxorem dedit, [il m'a donné femme là.]

MI VI.

Me vobis, *Io mi vi raccomano, raccomandomiui*, Me vobis commendo, [ie me recommande à vous.]

Mihi vos, *Vói mi vi comandáſte, raccommandáſteuimi*, mihi vos commendaſtis, [vous vous eſtes recommandez à moy.]

MI VI.

Illic, vel illuc, *Mi vi veſti, veſtímmiui*, illic me veſtiuit, *Mi vi menò, Menommiui*, me illuc duxit.

Mihi illic, *Mi vi comprò, comprómmiui, vn giardino*, hortum mihi illuc emit, [il m'a acheté vn iardin là.]

TI CI.

Te nobis, *Dio ti ci diéde, diédetici per Padre*, Deus te nobis patrem dedit, (Dieu t'a donné à nous pour pere.)

TI CI.

Te nos, *Dio ti ci diéde, diéteci per compagni*, Deus tibi nos socios dedit, (Dieu nous a donné à toy pour compagnons.)

Te illic, vel illuc, *Io tici vidi, Viditici*, Ego te illic vidi, (Ie t'ay veu là.)

Tibi illic, *Dio ti ci diéde, diédetici móglie*, Deus tibi illic vxorem dedit, (Dieu t'a donné femme là.)

TI CI.

Te sibi, *Dio ti si elesse, Eléssetisi per figliuólo*, Deus te sibi filium elegit, (Dieu t'a esleu son fils.)

Tibi se, *Egli ti si racománda, Racomándatisi*, is tibi se commendat, (iceluy se recommande à toy.)

CI SI.

Se nobis, *Eglicise offerse offercecisi*, se nobis obtulit, (il s'est offert à nous.)

Nos sibi, *Ci si prese, Présecisi per compágni*, Nos sibi socios adhibuit, (il nous a pris pour compagnons.)

Si illic, vel illuc, *Ci si vccise, vccísecisi*, se illic interemit, *Cio si lascio condurre, Lasciocsicisi condúrre*, Permisit se illuc duci, (il s'est laissé conduire là.

Sibi illic, *Ci si diéde, Diédesi la morte*, sibi illic

mortem intulit, [il s'est tué là.]

VI SI.

Se vobis, *Vi si raccomanda, raccomandáuisi*, se vobis commendat, [il se recommande à vous.]

Sibi vos, *Vi si elleſſe, elléſſeuisi Dio per figliuoli*, Deus ſibi vos elegit filios [Dieu vous a esleu pour fils.]

Illic vel illuc se, *Vi si vcciſe, vcciſcuisi*, se illic interemit, *Vi si laſcio, laſcióuisi condúrre*, se illuc ducere permisit.

Illic ſibi, *Vi si comprò, compróuuisi úna vígnà*, ſibi illic vineam emit, [il s'est achetté vne vigne là.]

VI SI.

Vos nobis, vel Nos vobis, *Dio vi ci diéde, Diedeuici per compagni*, Deus vos nobis, vel nos vobis ſocios dedit, [Dieu vous a donné à nous pour compagnons, ou Dieu nous a donné à vous, &c.

Vos illic, *Vi ci battérono, battáronuici*, vos illic verberarunt, [ils vous ont battu là.]

Vos illuc, *Vi ci menárono, menáronuici*, vos illuc duxerunt, [vous ont mené là.]

Vobis illic, *Vici compráſte, compraſteuici vna cáſa*, Domum vobis illic emiſtis, [vous vous estes achetté vne maiſon là.]

Quando autem hæ particulæ coniunguntur cum particula NE, amittunt I, & recipiunt E, hoc modo: *me ne, te ne, ſe ne, ce ne, ve ne*, vel ſequẽte tamen vocali, *Men', T en', Sen', Cen', Ven'*, cum apoſtropho. Quanquam ſequente conſonante poſſunt vſurpari aut integræ, aut trun-

catæ, ſed abſque apoſtropho. Significationem verò & vſum earum, vt hactenus fecimus, typis adſcriptis oſtendemus.

ME NE.

Mihi de illo, illa, illis, *Me ne parláſti, parláſtimene*, Mihi de illo, illa, illis es locutus, [tu m'en as parlé, tu m'as parlé de luy, d'elle, d'eux]

Me hinc, illinc, iſtinc, *Me ne ſcacciò, ſcacciómene*, Me hinc, illinc, iſtinc expulit, [il m'a chaſſé de là, d'icy.]

Ego hinc, &c. *Me ne vò vómme ne*, Ego hinc, illinc, iſtinc diſcedo [ie m'en vay d'icy, de là.]

TE NE.

Tibi de illo, illa, illis, *Io te ne párlai, parlaítene*, Tibi de illo, illa, illis ſum locutus, [ie t'en ay parlé]

Te hinc, illinc, iſtinc, *Te ne ſcacciò, ſcacciótene*, , Te hinc, illinc, iſtinc expulit, [il t'a chaſſé d'ici.]

Tu hinc, illinc, iſtinc, *Tu ne te partíſti, partíſtitene*, Tu hinc, illinc, iſtinc diſceſſiſti [tu es ſorti d'ici.]

SE NE.

Sibi de illo, illa, illis, *Sene promíſe, promíſiſene gran coſe*, ſibi de illo, illa, illis, magna promiſit ipſe hinc, illinc, iſtinc, *Sene parti, partiſene*, ipſe hinc, illinc, iſtinc diſceſſit [il eſt parti d'ici, de là, il s'eſt promis grande choſe de luy, d'elle ou d'eux.]

VE NE.

Vobis de illo, illa, illis, *Ei ve ne parlo, par-*

lonnene, de illo, illa, illis est vobis locutus, (il vous en a parlé.)

Vos hinc,illinc,istinc, *Vói vene andáste,andesteucne*, vos hinc, illinc, istinc discessistis,(vous estes sortis.)

CE NE.

Nobis de illo,illa,illis,*Ei ce ne parlò parlocéne*, is de illo, illa illis est nobis locutus, (iceluy nous a parlé de luy,d'elle,d'eux.)

Nos hinc, illinc, istinc, *Nói ce ne partímmo, partímmocene*, nos hinc, illinc, istinc discessimus (nous partismes d'ici,de là.)

Coniunguntur deinceps hæ particulæ cum articulis, vt, qui mox infra ponuntur, typi declarant,ex quibus item significatio earum, & vsus perspicuè cognosci poterit.

GLI MI, vel ME GLI.

Mihi illos, *Gli mi*,vel *me gli raccomandò, & raccomandóglimi*, vel *raccomandómmegli*, mihi illos commẽdauit, (il me les a recommandez.)

Me illi,*Gli mi*,vel *me gli raccomandái,& raccomandáiglimi*, vel *raccomandaimegli*, me illi commendaui, (ie me suis recommandé à luy.)

GLI TI, vel TE GLI.

Tibi illos, *Gli ti*, vel *te gli raccommandai*, *& raccomandaitigli*,vel *raccomandaitegli*,tibi illos commendaui(ie te les ay recommandez.)

Te illi,vel *Te gli raccomandasti,& raccomandástegliti*, vel *raccomandastetegli*, te illi commendasti,(tu t'es recommandé à luy.)

GLI

GLI SI, vel SE GLI.

Sibi illos, *Gli ſi*, vel *ſe gli féce*, *& féceglisi*, vel *feceſegli amici*, illos ſibi amicos reddidit, (il a rendu iceux ſes amis.)

Se illi, *Gli ſi*, vel *ſe gli raccomando*, *& raccomandoglisi*, vel *raccomandóſſe gli*, ſe illi commendauit, (il s'eſt recommandé à luy.

GLI VI, vel VE GLI.

Vobis illos, *Gli vi*, vel *ve gli raccomandaste*, *& raccomandáigliui*, vel *raccommandáiuegli*, illos vobis commendaui, (ie vous les ay recommandez.)

Vos illi *Gli vi*, vel *ve gli raccomandái & raccomandaſtegliui*, vel *raccomandáſteuigli*, vos illi commendati eſtis, (vous vous eſtes recommandez à luy.)

Illos, illic, vel illuc, *Gli vi*, vel *ve gli vidi*, *& vidigliui*, vel *vidiuegli*, illos illic vidi, (ie les ay veu là.) *Gli vi*, vel *ve gli condúßi*, *& condußiuegli*, vel *condußiuegli*, illos illuc duxi, (ie les ay conduits là)

Et illic, *Gli vi*, vel *ve gli diédi*, *& diédegliui*, vel *diedeuigli il viuere*, Ei illic victum dedi, (ie luy ay donné à viure là.)

GLI CI, vel CE GLI.

Nobis illos, *Gli ci*, vel *ce gli raccómandasti*, *& raccomandáſtiglici*, vel *raccomandaſtecegli*, illos nobis commendaſti, (tu nous les as recommandez.)

Nos illi, *Gli ci*, vel *ce gli raccomandámmo*, *&*

raccomándoglitici, vel *raccomandammocegli*, Nos illi commendauimus,[nous nous sommes recommandez à luy.]

Illic, vel illuc eos, *Gli ci*, vel *ce gli vidi*, & *vidiglici*, vel *vídicegli*, illic eos vidi. Item, vel *ce gli condußi*, & *condußiglici*, vel *condußicegli moglie*, Illic eos duxi,[ie les ay conduits là.]

Et illic, *Gli ci*, vel *ce gli diédi*, & *diédeglici*, vel *diédecegli moglie*, ei illic vxorem dedit, [il luy a donné femme là.]

LO MI, vel ME LO.

Illud mihi, *Lo mi*, vel *me lo raccomando*, & *raccomandóllomi*, vel *raccomandómmelo*, illum mihi commendauit, [il me l'a recommandé.]

LO TI, vel TE LO.

Illum tibi, *Io lo ti*, vel *te lo raccomando*, & *raccomandoletti*, vel *raccomandetelo*, Ego illum tibi commendo,[ie te le recommande.]

LO SI, vel SE LO.

Illum sibi, *Lo si*, vel *se lo eléſſe*, & *eléſſelosi*, vel *eléſſelo per compagno*, Illum sibi socium elegit [il l'a esleu pour compagnon.]

LO VI, vel VE LO.

Illum vobis, *Lo vi*, vel *ve lo raccomándai*, & *raccomandáiloui*, vel *raccomandáiuelo*, Illum vobis commendaui,[ie vous l'ay recommandé.]

Illum illic, *Lo vi*, vel *ve lo vídi*, & *vídiloui*, vel *vídiuelo*, Illum illic vidi,[ie l'ay veu là.]

Illum illuc, *Lo vi*, vel *ve lo menái*, & *menáiloui*, vel *menáuelo*, Illum illuc duxi, [Ie l'ay mené là.]

LO

LO CI, vel CE LO.

Illum nobis, *Lo ci*, vel *ce lo raccomando*, & *raccomandòlloci*, vel *raccomandòccelò*, Illum nobis commendauit, [il nous l'a recommandé.]

Illum illic, *Lo ci*, vel *ce lo vídi*, & *vídiloci*, vel *vídicelo*, Illum illic vidi, [ie l'ay veu là.]

Illum illuc, *Lo ci*, vel *ce lo menái*, & *menáiloci*, vel *menaicelo*, illum illuc duxi, [ie le menay là.]

LO NE, vel NE LO.

Illum nobis, *Lo ne*, vel *ne lo tolse*, & *tolsenole*, vel *tolsenelo*, Illum nobis abstulit, [il nous l'a osté.]

Illum hinc, illinc, istinc, *Lo ne*, vel *ne lo meno*, & *menóllene*, vel *menónnelo*, illum hinc, illinc, istinc abduxit, [il l'a retiré d'icy, de là.]

LA MI, vel ME LA.

Illam mihi, *La mi*, vel *me la raccomandásti*, & *raccomandástilami*, vel *raccomandástimela*, illam mihi commendasti, [tu me l'as recommandee.]

LA TI, vel TE LA.

Illam tibi, *La ti*, vel *te la raccománda*, & *raccomandáilati*, vel *raccomandáttela*, illam tibi commendaui, [ie te l'ay recommandee.]

LA SI, vel SE LA.

Illam sibi, *La si*, vel *se la prése*, & *présela si*, vel *presela per moglie*, illam sibi vxorem duxit, [il l'a prise pour femme.]

LA CI, vel CE LA.

Illam nobis, *La ci*, vel *ce la raccomando*, & *raccomandòllaci*, vel *raccomandocella*, illam no-

bis commendauit, (il nous l'a recommandee.)

Illam illic, *Laci*, vel *cela vidi*, & *vidilaci*, vel *vidicela*, illam illic vidi, (ie l'ay veuë ici la.)

Illam illuc, *La ci*, vel *ce la menai*, & *menailaci*, vel *menaicela*, Illam illuc duxi, (ie l'ay menee là.)

LA VI, vel VE LA.

Illam vobis, *La vi*, vel *ve la raccomando*, & *raccomandolaui*, vel *raccomandouella*, Illam vobis commendo, (ie vous la recommande.)

Illam illic, *La vi*, vel *ve la vidi*, & *vidilaui*, vel *vidiuela*, Illam illic vidi.

Illam illuc, *La vi*, vel *ve la menai*, & *menailaui*, vel *manaiuela*, illam illuc duxi, (ie l'ay menee là.)

NE LA, vel LA NE.

Illam nobis, *La ne*, vel *ne la raccomandò*, & *raccomandollane*, vel *raccomandonnela*, illam nobis commendauit, (il nous l'a recommandee.)

Illam hinc, illinc, istinc, *La ne*, vel *ve la menò*, & *menóllane*, vel *menonnella*, illam hinc, &c. abduxit, (il l'a emmenee d'ici, de là.)

LE MI, vel ME LE.

Illas mihi, *Le mi*, vel *me le raccomando*, & *raccommandollemi*, vel *raccoman dommele*, illas mihi commendauit, (il me les a recommandees.)

LE TI, vel TE LE.

Illas tibi, *Leti*, vel *te le raccomando*, & *raccomandolleti*, vel *raccomandóttele*, illas tibi commendauit, (il te les recommande.)

LE SI, vel SE LE.

Illas sibi, *Le si*, vel *se le prése:présolosi*, vel *présele se per compagno*, illas sibi socias asciuit, [il les a prises pour compagnes.]

LE NE, vel NE LE.

Illas nobis, *Le ne*, vel *ne le raccomando, & raccomandóllene*, vel *raccomandónele*, Illas nobis commendauit [il nous les a recommandees.]

Illas hinc, illinc, istinc, *Le ne*, vel *ne le meno & menóllene*, vel *merónnele*, illas hinc, illinc, istinc abduxit, [il les a emmenees d'icy, de là.]

LE CI, vel LE CE.

Illas nobis, *Le li*, vel *ce le raccomando*, *& raccomandó leci*, vel *raccomandóccele*, illas nobis commendauit.

Illas illic, *Le ci*, vel *ce le vidi*, *& vidílici*, vel *vídicele*, illas illic vidi, [ie les ay veuës là.]

Illas illuc, *Le ci*, vel *cele menái*, *& menáileci*, vel *menáiccele*, illas illuc duxi [ie les ay menees là.]

Ei illic, *Le ci*, vel *ce le diédi*, *& diédeleci*, vel *diédecele marito*, & illic maritum dedi, [ie l'ay mariée là.]

LE VI, vel VE LE.

Illas vobis, *Le vi*, vel *ve le raccomándo, & raccomándoleui*, vel *raccomándouele*, illas vobis commendo [ie vous les recommande.]

Illas illic, *Le vi*, vel *ve le vídi*, *& vídeleui*, vel *víduele*, illas illic vidi.

Illas illuc, *Le vi*, vel *ve le menái*, *menáileui*, vel *menáiuele*, illas illuc duxi.

Ei illic, *Le vi*, vel *ve le diédi*, *& diédcleui*, vel *diédeuele marito*, ei illic maritum dedi.

Atque hactenus de huiusmodi particulis. In quarum tamen tractatione si paulò fuimus prolixiores, quàm par esse cuipiam videri potest, sciant Italicæ linguæ studiosi, earum exactam cognitionem maioris esse mométi, quàm primo aspectu quis vnquam putasset, id quod vos ipsos non dubito esse iudicaturos, vbi huius Linguæ vim, & ingenium vel mediocriter cognoueritis.

DE VERBIS IMPERsonalibus.

EA instar Latinorum verborum impersonalium, numeris & personis deficiunt, præter numerum sing. & personam tertiam, atque etiam eis nunquam datur casus nominandi, qui verbis personalibus omnibus aut tacitè, aut expressè semper præponitur.

Ex iis autem quædam per se ita dicuntur, & sunt actiuæ significationis: vt [Mais aucuns d'iceux se nomment de soy-mesme, & sont de signification actiue, cōme *Plóue* [il pleut,] pluit: *Tuona*, [il tonne] tonat: *Fólgora*, [il fulmine,] fulgurat: *Lampeggia*, [il esclaire] coruscat: *Verna*, [l'hiuer est, ou l'hiuer est venu,] est hyems. Quanquam apud Poëtas nonnunquam vsurpantur, perinde ac si personalia essent, nominatiuo scilicet adiuncto.

Quædam verò ex aliis verbis deriuantur, ac passiuæ

passiuæ sunt significationis, habentia particulam, Si, præpositam, vel postpositam, vt [Mais aucuns descendent d'autres verbes, & sont de signification passiue, ausquels se met deuant ou apres la particule si, comme *si ama*, [on aime,] *amasi*, amatur, *si légge*, *léggesi*, [on lit,] legitur, *si corre*, [on court,] *corresi*, curritur, *si sta*, [on demeure.] *stási*, statur, *si và vási*, [on va] itur, & huiusmodi non pauca.

DE PARTICIPIIS.

HAbet quidem sermo Italicus quasdam voces, quæ participiis Latinis videntur esse similes, vt *Amánte*, *Leggénte*, *Tenente*, *Vbidiente*, item *Amáto*, *Létto*, *Tenúto*, *Vbidíto*, denique *Reueréndo*, *Treméndo*, *Osseruándo*, *Orréndo*, & huiusmódi alia quędam, sed vix crediderim iure posse dici participia, quandoquidem cum verbis nihil habeát commune (eorum scilicet, quæ Latina participia à verbis mutuantur,) ac vt planè nomina vsurpari soleant.

Omnino enim lingua Italica abhorret ab istiusmodi dicendi forma, *Io ámo l'amante la virtú*, pro, *Io amo colúi che áma*, &c. Neque verò dicimus, *Io ho proméßo vn dónno a legente Cicerone*, pro *Io ho promeßo, &c. a colúi, che légge, &c.* Atqui haud me latet, nonnunquam à Boccacio huiusmodi participia vsurpari, sed perrarò fieri, neminem ambigere puto, qui illius scripta aliquando legerit. Quocirca, cùm dicimus,

Io fui, vel *sono*, vel *sarò dolénte*, item, *Il giórno seguénte, la veguénte*, vel *Venénte nótte*, hoc eſt, Fui, ſum, & ero dolens. Poſtridie, & futura nox, nemo non videt, hæc omnia nomina eſſe potius, quàm participia, neque iuxta eaſdem formas ex omnibus aliis verbis Italicis idem poſſe trahi, atque de verbis Latinis haud fieri nequit.

Deeſt proinde omnino ſermone Italico participium in RVS, haud enim dicimus pro amaturus, *Amatúro*, lecturus, *lettúro*, & huiuſmodi: ſed *Douendo io, tu colúi, nói, vói, colóro amare*, vel *hauendo ad amáre*, vel *eſſendo per amáre*, hoc eſt, cùm ſim, ſis, ſit amaturus, ſimus, ſitis, ſint amaturi, quod tamen Gerundium eſt apud Italos, exponimus etiam, Lecturus, hoc modo: *Io il quale leggerò, Tu il quale leggerái, Colúi quale leggerá*. Item, Lecturi: *Nói i quáli leggeremo, Vòi, i quáli leggeréte, colóro, i quáli leggeranno.*

Poſtremò eorum declinatio nihil differt à nominum declinatione. Habet enim *Amante* (quæ eſt vox ſingularis numeri, ac vtriuſque generis) in plurali num. *Amànti, Amáto, Amáti, Amáte, Aménte, Onorándo, Onorándi, Onorándo, Onoránde.*

Ex iis, quæ de his ſupra, cùm de verborum ageremus declinatione, tradidimus, facilè perſpici poteſt, quæ ſint Gerundia apud Italos, quiſque ſit eorum vſus. Dicimus, *Legendo diuénto dótto*, legendo fio doctus: en Gerundium præſentis temporis, item, *Hauendo létto ho imparáto*, cùm legerim, didici, en præteriti. Denique *Douéndo léggere, hauéndo a léggere, eſſendo*

per

per leggere, apro il libro. Cùm sim lecturus, librum aperio. Iam breuitatis causa reticeo exépla ex verbo passiuo: cùm haud necesse esse videatur, postea plura tradere, quæ fusius suprà sunt tradita, illud admonebo, hoc plus habere linguam nostram, quàm Latinam, quòd hæc in Gerundiis non agnoscit tempora, illa maximè. Demum obseruandum quoque est; Futuri temporis Gerundia Italica explicari per participia Latina eiusdem temporis, tam actiuæ, quàm passiuæ significationis.

DE ADVERBIIS.

HOrum significationes hic tantum ponam, cùm cætera habeat aut eadem, aut à Latinis parum diuersa.

ADVERBIA TEMPORIS.

Hoggi, [auiourd'hui,] hodie, *oggidi*, [auiourd'huy,] his temporibus, hac ætate, *ora testé di præsente*, [à ceste heure.] nunc modo, iam, *Ieri*, [hier] heri, *di meriggio*, [à midi] meridie, *sta mane*, [ce matin, hac mane, *dimatina* [de matin,] mane, *sta sera*, [ce soir,] hoc vespere, *di notte*, [de nuict,] nocte, *di giorno*, [de iour], die, *domani*, [demain,] cras, *domatina*, cras mane, *or'ora*, iamiam, *pur ora poco fa*, *dinanzi* [tout à ceste heure, n'agueres,] nuper, *innanzi*, [deuant,] ante, *addietro*, *dietro*, [apres, au temps passé,] post, *per lo adietro*, *per lo passato*, olim, *per lo innanzi*, ante

hac, *per lo auenire,* [par cy déuant, cy apres] post hac, in posterum, in futurum, *il seguente giorno,* [le lendemain,] postridie, postera die, *da indi in qua, fin qui,* [iusques ici,] hucusque, hactenus, *da indi innanzi, indi,* [d'oresnauant,] ex eo tempore, *di gran pezzo, gran tempo fa,* [long temps ya,] iampridem, iamdiu, iamdudum, *colá* circiter, vt, *colá dalla estate,* vel, *colá doppo l'auemaria,* [enuiron le soir,] hoc est, circiter illud tempus, vel, post illud tempus *presto tosto,* [incontinent, vistement,] cito, *ratto velocemente,* [soudainement,] illico, statim, *subito tardo, tardi,* [tardiuement, tard,] sero, tarde, *mai, giamai,* [aucunes fois,] aliquando, vnquam, *noi mai,* [iamais,] nũquam, *quando, quando mai,* [quand] quando, *vnque, vnqua, alcuna volta fiata qualche volta, qualche fiata, tal volta, tal ora,* [quelquefois,] aliquã-do, *qual ora*, (toutes & quantes fois que,) quoties, *quando che sia*, quandocunque, *alleuolte,* (quelquesfois,) interdum, *il piu delle volte,* (le plus souuent) plerumque, *Gia* (desia,) iam, *sempre,* (tousiours,) semper, *sempremai,* (tousiours,) iugiter, *di continuo*, (continuellement ou assiduellement,) continuo.

Aduerbia qualitatis.

Bene, (bien,) bene, *Male,* (mal) male, *Ottimamente,* (tresbien, optime, *Pessimamente*, (tresmal,) pessime, *Fidelmente,* (fidelement,) fideliter, *Ornatamente,* (elegamment,) ornatè, *Volentiermente,* (volontiers, de bon cœur,) libenter, *Volentieri, di buona voglia, di cuore, di buon cuore,* (de bon cœur,) ex animo.

Quanti-

Quantitatis.

Molto,(beaucoup,multo,vel multum, *Assai*, (assez,valde, *Poco*,(peu,) parum, *Souente*, *spesso*, (souuent,)sæpe, *Rado*, *di rado*,(rarement,) rarò.

Negandi.

Non nò, *non già*, *non mica*, *ne*,(non,nenni,)nõ, haud,minimè,nequaquam, *ne no o signor nó*, *ma donna nó*(nenni)nõ,&c. *appunto*(voire dea)scilicet,vt id populus curat scilicet, *appuntó il popolo non ha altro pensiero*,hoc est,id minimè curat.

Affirmandi.

Si missersi, *madonnasi*(ouy mon maistre,madame)ita; *Certo*, *per certo*, *certamente*, *di certo* , (certes)certè,certò. *Veramente*, *in vero*, *di vero*, *in verita*(certainement,en verité,vrayement)verè.

Augendi.

Piú(plus) plus, *Molto assai*(beaucoup plus) multo, *Abbastanza*(à suffisance)satis, *Troppo di souerochio*(trop)nimiũ, *del tuto*, *affatto* (du tout) omnino prorsus,penitus, *Magiormente* (beaucoup plus) magis , *Maßimamente* (principalement) maximè , *Potißimamente* , potissimum, *Dottißimamente*,(tres doctement) doctissimè, *benißimo*(tresbien)optimè.

Diminuendi.

Meno(moins)minus, *Poco meno*(peu moins) paulo minus, *a poco*, *a poco*(peu à peu)paulatim, *Pian piano*(petit à petit)sensim, *al quanto*(quelque peu) aliquantulum, *Poco* (peu) parum, *Pochetto*,(fort peu)perparum,&c.

Corrigendi.

Appena,[à peine,]vix, *Quasi*,[quasi,presque] quasi,ferè.

Iurandi.

Per Dio, Hercle, multis aliis modis iurant Itali, nempe,*alla fede*,[ma foy] *per l'anima mia*, [par mon ame,&c.] sed vtinam eiusmodi iuramentorum memoria omnino amitteretur.

Optandi.

O se, o si, o Dio voglia, Dio volesse, (pleust à Dieu que)ô vtinam,vtinam.

Prohibendi.

Guarda,guardati,deh, non vedi,(garde,garde toy,ha,non,)caue,ne facias,desine.

Hortandi.

Fa,su,orsu corraggio,spediscila,forniscila,or oltre,(or sus,courage,)age,agite,perge.

Congregandi.

Insieme,insiememente,(par ensemble,) simul, vnà, *Parimente*, *similmente* (pareillement,semblablement,)pariter,similiter,*di pari,appara,al pari*, (ensemble,) ambo, simul, *a schiera*, (en trouppe,)turmatim.

Comparandi.

Piu, (plus,) plus, *Meno*, minus,*via più,molto più*,

aſſai più, multo magis, *Via meno, molto meno, aſſai meno*, multo minus, *poco piu*, paulò plus, *Poco meno* paulò minùs, *Meglio*, melius, *Peggio*, peius, *Tanto cotanto, tanto altranto, duo cotanti, il doppio, altranto*, duplo, *Tre cotanti*, triplo, *Piu del mondo*, maximè, *à riſpetto, allato, accanto, a comparatione*, [à comparaiſon] comparatione, reſpectu.

Excipiendi.

Saluo, eccetto[excepté,] *fuor che in fuori*, [fors] excepto, præter, *ſe non*, niſi.

Similitudinis.

Come [comme,] *ſi come* [ainſi] vt, velut, ſicut, *Coſi* [ainſi] ita, ſic: *a guiſa* [en guiſe, comme] inſtar.

Dubitandi.

Forſe, (fors) *per auentura*, (parauenture,) *accaſo, a ſorte, per ſorte*, (caſuellement, fortuitement,) fortè, fortaſſis.

Oſtendendi.

Ecco(voila,)ecce.

Eligendi.

Meglio(mieux) *piu toſto*(pluſtoſt) potius, *anzi* (ains) imò.

Geſtus corporis ſignificandi.

Tentone, (à taſton) vt faciunt qui in locis obſcuris incedunt, manibus palpitando, *Boccone*,

(à bouccon,) pronus in faciem cubare, *Carpone*, (à quatre,) *brancolone*, incedere manibus, pedibúsque bestiarum more.

Vocandi.

O, *ola*, (hau, hola, he,) ô heus.

Ordinis.

Poi, *poscia*, *dapoi*, *dopoi*, *dipoi*, *doppo* , (apres, depuis) post, *fra tanto*, *intanto*, (cependant, tandis,) interea, *oltre à ciò*, *oltre a questo*, (outre ce, de plus , d'auantage) præterea, *Subito*, *dissubio*, (subitement, soudainement, incontinent) subito, illico, confestim, *allafine*. (en fin, finalement) tandem, *Però*, *perciò*, *per tanto*, (pour cela) propterea, *La onde*, *onde*, (dont) vnde.

Distinguendi.

Separatemente (à part, separeement,) separatim, seorsùm, *partitamente*, particulatim, *auicenda*, *vicendeuolmente*, (l'vn apres l'autre,) alternatim, *agara*, (à l'enuie l'vn de l'autre) certatim.

Interrogandi.

Vnde auiene? (dont il aduient?) vnde euenit? *onde c*? (d'où vient il ?) vnde est? *perche?* (pourquoy?) cur? *per qual cagione* ? (pour quelle raison?) quamobrem?

De

De præpositione.

Con(auec,)cum,vt *con lei*,(auec elle,) cum illa,*in*,(en)in,vt *in lui*,(en luy)in illo,*senza*(sans) sine,vt *senza lui*,(sans luy)sine illo, *per*, (pour) per,vt,*per la mia vita*,(par ma vie)per meam vitam,*ver*,*inuér*,(deuers)versus, vt,*ver te*, versus te,*dóppo*,post,vt *dóppo lui*,(apres luy post illum, *infra*,infra,vt *infra te*, infra te, *tra*, inter, vt, *tra gli amici*,(entre les amis)inter amicos,*sópra*,supra , vt *sopra il monte*, vel, *del monte*, (dessus le mont)supra montem,*sotto*,sub,vt *sótto il monte*, (dessous la montaigne)sub monte.*Contra*,contra,vt,*cóntra i túoi*,& *de i túoi*,(contre les tiens) contra tuos,*allincontro*,ex opposito, vt,*allincóntro del múro* ,(contre le mur) ex opposito muri, *verso*,*inuerso*,versus, vt, *inuerso* , & *verso il ciélo*, vel *del ciélo*(vers le ciel)versus cœlum,*oltre*, vltra,præter, vt , *oltre il mare*, (delà la mer)vltra mare,*oltre ciò*,vel,*a ciò*, (dauantage)præter hoc. *Oltre il Préncipe* , (excepté le Prince) præter Principem, *dietro*, post, vt, *diétro il mónte*,(derriere la montaigne)post montem, *Accanto*,*alláto*,prope,vt, *accanto*, vel, *allatto alla citta*,(aupres de la ville)prope ciuitatem, *appresso*,apud, vt,*appresso di me*, (aupres de moy) apud me,significat quoque post, vt , *appresso a te* ,vel *di te*, (aupres de toy)post te, *Appéto*, comparatione, vt,*appetto a lui*,(au prix de luy) eius comparatione,*rimpeto*,*di rimpetto* , ex opposito,vt,*rimpetto* , vel *di rimpétto al monte* , (vers la montaigne)ex opposito montis,*insino*,vsque, vt, *insino al cielo*,(iusques au ciel)vsque in cœlum,*Dinas-*

costo,clam,vt, *di nascosto al padre* [au desceu du pere] clam patre, *Auanti, dinanzi, innanzi*, coram,vt,*dinnanzi al giudice*,[deuant le Iuge] coram iudice, *Dietro* post,vt,*dietro a cui*, [derriere lequel]post quem,*intorno*, circa, vt *intorno a cui*,[duquel] circa quem,*fuori*, vt *fuori della città*[hors la ville, extra ciuitatem, *dentro*, vt *dentro della citta*,[dans la ville]in ciuitate,*sù*, vt *sù del colle*,supra collem, *giù*, vt, *giù del monte*,[au bas du mont.]sub montem, *Di la*,extra,vt *di la del castello*,[de là du chasteau]extra castrum, *di qua* citra,vt;*di qua di castello*, deçà le chasteau,] citra castrum,*da*,à,è,ex,de. Di, de,in, mutatur in *nel*,vt *nel cielo*, [au ciel] in cœlo, *nella terra* [en la terre] in terra. Possumus tamen dicere, *in cielo, & in terra*: Sed quando alterutro modo loqui debeamus,vsus & consuetudo linguæ,ac frequens scriptorum Italicorum lectio, probè docebit.

Sunt tandem quædam propositiones, quæ nonnisi in compositione verborum vsurpantur,vt,[Pour conclure il y a quelques propositions desquelles on ne peut vser sinon en la composition de ces mots qui suyuent,comme] *Di*,in *diffido*, *Dis*,in *disgóngo*,separo: *Ra*,in *raccoglio*,colligo: *Ri*,in *rippiglio*,iterum capio. *Esse*, in *Essalto*, *Inter*,in *interrompo*, *Tra*,in *tramétto*, interpono: *Tras*,in *trasporto*,transfero: *Fra*, in *frastágio*,verbum ridiculum,ex quo aduerbium itidem ridiculum, *Frastagliatamento*,quasi distinctè,vt,*tu parli frastagliatamente*.

DE

DE ADVERBIIS localibus.

QVi,*qua*,*ci*,[Gallicè,ici,]Hic,huc.
Quinci,*di qui*,[G.d'ici]Hinc.
Costi & costà,[G.là où tu es]istic.
Costa,*& incosta*,[G.par delà où tu es,]istuc.
Costinci,[G de là où tu es]istinc.
Iui,*quiui*,*là*, *vi*,[G.là où il est,au delà]illic,illuc.
Indi,*quindi*,*di la*,*& di cola*,[G.de là]illinc.
Di qua,[G par ici]hac.
Di costa,[G,par là,]istac.
Di là,*di cola*,*indi*,*& quindi*,[G. par là,]illac.
Altronde,[G.par autre lieu,autre part,ailleurs] alià.
Ad altro luoco,*o parte*,[G.en vn autre lieu]alio.
Doue,(G.où)vbi,quò.
In alcun luogo.(G.ailleurs,)alibi.
Ouunque ouecche, *& douunque*,(G.par tout ,en tout lieu, ou en quelque part) vbicumque, quocumque.
Dentro,*& entro*,(G.dedans)intus.
Fuori,*& di fuori*,(G.hors,dehors)foris,foras.
Vnde,*donde*,(G.dont,d'où,de quel lieu)vnde.
Indi,(G.de là,de ce lieu là)inde.
Di altronde,(de quelque lieu,ou part) aliunde.
Iui,*quiui*,*la cola*,(G.en ce lieu là,ou là)ibi.
Altronde, (G. ailleurs,autre part,en autre lieu) alibi.
Da qualunque luogo,(G. de toutes parts, costez) vndecunque.
Vnde,*o donde ti piace*,(G. de quelque lieu que

tu vueilles) vndelibet.

Per alcun loco, via, o parte, (G. par aucun lieu) aliqua.

In alcun loco. (G. en aucun, ou quelque lieu) vſquam.

A neſſun luogo, (G. en nul lieu, nulle part, nuſquam.

Inſino qua, o a queſto tempo, o luogo, (G. iuſques icy) hucuſque, hactenus.

Verſo qua, verſo queſto luogo, (G. de ce coſté) horſum.

Altroue, verſo altro luogo, (G. vers autre lieu, coſté, part) aliorſum.

Indietro, o inuerſo dietro, (G. en tirant arriere, en reculant) retrorſum.

Verſo man ſiniſtra, (G. à main gauche, du coſté ſeneſtre) ſiniſtrorſum.

Da parte, da banda (G. à part, ſepareement, à l'eſcart) ſeorſum.

In ſu, o verſo in ſu (G. contremõt, en haut, ſurſum.

In giu, o inuerſo in giù, (G. contre bas, en bas) deorſum.

De Coniunctione.

Et ſequente vocali E, ſequente conſonanti hæ propriè coniunguntur.

Quædam continuant ſenſum, vt, *in modo che, in guiſa che, di maniera che, per ſi fatta maniera che, ſi fatamente che.* (Gal. de ſorte que, de façon que, ſi que, de maniere que) adeo quòd, ita vt, *la onde,* vnde (G. d'où, dont) ſe, ſi, ſi, *perche,* pourquoy) quare, *poiche,* (apres que) poſtquam.

Quædam diſtinguunt, vt, *o, ouero* (G. ou) aut,

ſeu,

ſeu, vel diſiungunt quidem ſententiam, ſed coniungunt verba.

Aduerſatiuæ ſunt, *Nondimeno, tuttauia, tuttauolta, benche, come che, ancharche, quantunque, auengache* (G. neantmoins, toutesfois, combien que, encores que, encor que, comme que) nihilominus, quanquam, etſi, tametſi, quamuis, ſed *Benche*, datur in indicatiuo, cæteræ autem ſubiunctiuo.

Quædam detrahunt, vt *almeno*, (au moins) ſaltem, *pourche* (pourueu que) modò, vt *pourche non vegga*, modò ne videam, *tanto* (autant) tantum. *ſolo* (ſeulement) ſolum.

Quædam reddunt cauſam, vt, *perchioche*, enim, *acciochè*, vt, *conciosia, coſa che* (combien que) enim, haud vterer.

Quædam concludunt, vt, *adunque* (donc) ergo. *in ſomma* (bref) ſumma, *però*, (partant) poëticum *percio*, oratorium propterea.

Quædam vſurpantur ornatus gratia, vt, *ora, pure, ben*, &c.

De interiectione.

Gaudentis *oh*, ridentis, *ah, ah*, admirantis, *o, uh, uh*, dolentis, *nih, ah, ohime*, deſiderantis, *deh*, terrentis, *baco, baco, oh, oh, Dio*.

FINIS.





